



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vniuersa Theologia Scholastica, Speculatiua, Practica

Ad methodum S. Thomæ, quatuor Tomis comprehensa

Tanner, Adam

Ingolstadii, 1626

Quæstio II. De Attributis diuinis in genere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72856](#)

Q V A E S T I O II.

De Attributis diuinis in genere.

S. Thomas I. p. q. 2. & seqq.

Soluetur hæc quæstio septem dubijs. I. Quid nomine attributi diuini intelligatur; & quæ sit attributorum diuinorum partitio. II. An diuina attributa tam ab Essentia diuina, quam inter se, à parte rei distinguuntur. III. An attributa diuina inter se, & ab Essentiâ distinguuntur ratione, ac etiam virtualiter; & quo fundamento. IV. Vtrum perfectiones diuine distinguuntur solum per respectum ad creaturas, ac ratione nostra; an etiam ratione sive intellecione Dei, & beatorum. V. An diuina attributa positiva sint de ratione quidditate, & conceptu diuina Essentia. VI. Vtrum essentia diuina sit de ratione attributorum; & hæc omnia, & singula de ratione, & quidditate singularium. VII. An, & quaratione attributa tam de diuina Essentia, quam hæc de illis, atq. etiam illa de se mutuo prædicari possint in abstracto.

D U B I U M I.

Quid nomine attributi diuini propriè intelligatur; & quæ sit generatim diuinorum attributorum partitio.

Ad S. Thom. I. p. initium q. 3. & ad q. 13.

Disputat quidem S. Thomas de diuinis nominibus infra q. 13. sed de rebus ipsis per nominis significatis, hoc est, de perfectionibus, & attributis diuinis in genere, in sua summa ex instituto non tractat; et si sparsim quædam attingat ad eam rem spectantia, sed res ipsa exigit, ut priusquam ad diuina attributa significativa explicanda progrediamur, ea qua generatim omnibus communia sunt; cum nec per se admodum liquida, nec indignificata sint, exponamus.

Et quod ad nomen attinet, et si quidem ex communione nominis, attributum diuinum generatim significet quidquid Deo attribui, ac de eo verè prædicari potest: vt rectè notauit Molina I. p. q. 28. a. 2. disp. 2. quo modo etiā Ockam quodlib. 3. q. 2. & Gabriel in I. d. 2. q. 2. dicunt, attributa vocari nomina diuina, de quibus S. Dionysius celebrem tractatum edidit: qua ratione prædicata etiā essentia comprehendit; v.g. esse substantiam, vitâ, spiritu; vt docent etiā Egidius in I. d. 6. q. 1. & Petrus de Alliaco q. 6. art. 2. p. r. tamē & communis loquendi vsu, attributa diuina cōtra perfectiones, & prædicata, quæ formaliter, ac nostro etiā concipi modo, ipsa essentia, seu ratione aliquâ essentia diuinæ significant, distinguuntur; ita ut diuinâ essentiam qua talis est, & secundum conceptum essentia, quasi supponit, eidemq; ratione nostrâ, veluti quædam proprietates, seu affectiones superueniat, vt ex communia rectè notauit Molina cit. q. 28. art. 2. disp. 2. & Vasquez ibidem disp. 116. c. 1.

Quia ipsa tamen notione, non eodem modo semper, sed tribus præcipiū modis usurpari attributi nomen solet, vt videtur est apud citatos.

Primo, generatim, vt significat quidquid de Deo per modum alicuius prædicati, ipsi naturæ diuinæ secundum ratione nostrâ quasi superadditi, præ-

dicari potest; quo modo omnia prædicata diuina, nō solū absoluta, sed etiā relativa, itemq; tam positiua, quam negativa; atque etiā ipsa denominatio-nes extrinsecæ attributa Dei dicuntur.

Secundo strictè, prout ea solū prædicata ratio-ne nostra diuinæ essentia quasi superaddita complectitur, quæ Deo ipsi secundū se, ut unus est, conueniunt; quo pacto excluduntur relativa; nimirum realia, & ad intra.

Tertio strictissime, prout significat ea solū prædicata absoluta (hoc est, quæ Deo, ut secundū es-sentia vnu est, conuenient) quæ formaliter sunt verae, & reales pfectiones in Deo; qua ratione prædicata negativa, & quæ solū per denominationē extrinsecā de Deo dicuntur; ut esse Dominū crea-turarū, esse vnitū naturæ humana, esse imutabile, infinitū, incōprehēsibile, ineffabile, esse cognitū, itē creare, gubernare, sanctificare res, & similia, à diuinis attributis excluduntur; nō autē cognoscere, & velle res creates, neque puidere, & præde-stinare, vt dixit Molina loco cit. nisi hōc sensu, quod cū actus solū speciales diuinorū attributorū positiorum nimurum intellectus & voluntatis diuina significant, non videntur sibi proprium ac peculiarem inter attributa diuinalocū; alias enim formaliter etiā pfectione aliquâ diuinâ significa-re disp seq. videbimus; neq; etiam negat Molina.

Atque hac ipsa notione & vsu nominis, Theologi co[m]uniter ad rationē attributi diuini requiriū vt sit pfectio simpliciter, & nō respōdeat perfectionib⁹ essentia lib⁹ substatiæ creatæ sed acci-dentali⁹; vt videtur est apud Henricū Quodlib. 5. q. 1. & insim. a. 12. q. 1 Richardū in I. d. 36. a. 2. q. 6. Scotū in I. d. 8. q. 3. vel 4. Durandū d. 2. q. 3. n. 6. & 8. Aureolū d. 8. q. 3. a. 2. & d. 43. q. vn. a. 1. Capreolū in I. d. 8. q. 4. & alios. Additūt Henric⁹ Durand⁹ & quidā alij etiā hanc conditionē, vt sit perfectio secundū rationē analogicā communis Deo & crea-turis; sed que a Richardo, Aureolo, Capreolo, & re-cētiorib⁹ co[m]uniter, ac meritō rejecit; cur. n. po-tētia poti⁹ quam omnipotētia sit attributum Dei?

Hoc autē loco de attributis diuinis iuxta secundā acceptionē potissimum sermo est; eoq; etiā feso nos ipsis hoc loco ea voce vitemur; nisi vbi speciatim aliud monebimus: vt vel latius, vel contrafactius,

4

pro

pro re nata, iuxta primum, aut tertium nominis significatum attributi nomen accipie ndum sit.

Hinc verò cī nomen attributi diuini significet aliquid quod per rationem, ac intellectum nostrū Deo attribui potest, & quidem etiā proprie it solū quod secundū rationē nostrā per modū quasi proprietatis diuinā naturā cōsequit; Colligitus formalē rationē attributi diuini esse per intellectū, si-cuti subiectū, prædicatū, genus, species, & similia: ut post Scotū Quodl. q. 5. Egidij in 1. d. 42. p. 1. q. 2. ad 5. recte cū recentiorib⁹ alijs notauit Vasquez hic dis. 3. t. n. 7. quia scilicet intellectus noster Deo aliquid attribuit ad modum passionis: liceratio obiectiva per attributum significata, seu attributum ipsum materialiter acceptum, & de quo etiā ratio formalis attributi denominatiū p̄dicitur, vtique sit realis (in attributis realibus) & à parte rei existens.

Quod autē ad partitionē diuinorū attributorū attinet, facile itidē ex dictis colligi potest, ea varie diuidi posse, pro variā acceptance nō nominis attributi. Et omīsa illa distinctione, qua Nominales circa attributum tria hāc distinguunt. 1. Attributum ipsum, quod dicunt esse ipsum nomen attributi. 2. rationem attribuibile, sive attributabile, quam dicunt esse cōceptum formale per nōmē significatum. 3. perfectionem attributalem; quā dicunt esse rem significatam per nomen, & expressam per conceptum attributi, sive ipsum conceptum obiectuum respondentem formali; quam distinctionem auctoribus suis relinquimus: attributum diuinum generatim acceptū, iuxta ea, quā diximus diuidi potest, primum in absolutum, & relatiūm; absolutum, quod etiam essentiale, vocatur; hoc loco dicitur: quod nullā relationē realē ad intra significat, seu quod ipsi Deo, prout vñus est secundū Essentiā, cōuenit: etiā fortē significet aliquā relationē rationis. Relatiūm (quod & notionale dicitur) est, quod significat in Deo relationē realē ad intra, vt est paternitas, filiatio, seu pater, fili⁹, spiratio actiua, passiua &c. de quib⁹ hoc loco ex instituto non disputatur, vt dictum, sed in materia de Trinitate.

Attributa absolute, de quibus hoc loco ex instituto agim⁹, alia sunt negativa, quā formaliter solū negationē significat: qualia tamē in attributis plura nō numerantur, quā necessariū sit ad remouēdā à Deo oīē imperfectionē: & vniuersim, numeratū octo: videlicet esse incretū, incorporeū, infinitū, imenū, immutabiliē, incōprehensibilem, inuisibiliē, ineffabiliē. Alia sunt affirmativa, quā aliquid Deo attribuit, seu de ipso aliquid affirmant. Hāc rursum aut formaliter solū sunt denominatiōes extrinseca, sive prædicata rationis, significatiā videlicet solū respectū rationis ad creaturas, vt esse Dominū, aut patrē respectu creature, iuxta S. Thomā hic q. 13. a. 7. ad 1. quā tamē ipsa, vt & cetera, quā ex tēpore de Deo dicuntur, p̄priē inter attributa diuina nō solēt recēseri: vt nec à S. Thomā, vel ab alijs inter attributa tractātur. Alia attributa affirmativa sūt positiva, & realia in ipso Deo, quā videlicet formaliter positivā aliquā Dei perfectionē significat: vt esse oīipotentē, omniscium &c. in quib⁹ ipsis tamē speciales actus diuinæ mē-

tis inter attributa seorsim nō numerantur: sed cōprehenduntur sub ceteris, seu velut actus earum, seu perfectiones indiuiduē sub aliqua perfectione & attributo cōmuniōri, vt de diuinitā prouidentia, & prædestinatione dictum.

Vtraque attributa diuina, tām negativa, quā affirmativa, aut respiciūt ipsā substantiā Dei secundū se, aut aliquā eius operationē: sive vt loquitur S. Thomas hic initio q. 14. aut pertinet ad diuinā substantiā, aut ad operationē ipsius. Posterioris generis sūt intellectus seu sciētia, volūtas, & potētia Dei: quo spectat etiā varij actus diuine mēris. Prioris generis sūt alia: Virtusque generis alia sunt transcedentia, vt esse Vnū, verū, Bonū: alia sunt particulaaria, eaq; vel cōmuniā etiā creaturis, vel Dei propria: qua tamē cōsideratione, attributa diuina inter se p̄prietō distinguitur. Cōmuniā enim sunt, esse intelligentē, sive sapientē, volētē sive amantē, & potenteū ad agendā extra se. Propria verō sunt esse omnisciū, omnipotētē, &c. quā tamen minimē sunt attributa à prioribus distincta; sed rationes tantū explicatiōes corundem: quales in singulis attributis, si prout in Deo sunt, adēquatē aliquo modo spēctēt, cōcipi, & formari possūt.

Atque hāc partitio attributorū est ex mente S. Thomæ hic q. 3. initio, & q. 13. ad quā etiā ipse suā doctrinā accomodat. Primo enim à q. 3. vbi speciatim de diuinis attributis agere incipit, considerat attributa, & perfectiones Dei secundū se, quā nō sunt operationes, sed ad substantiā ipsius pertinēt, vñq; ad quest. 11. Secundo q. 12. & 13. Deū, easdemq; perfectiones cōsiderat, prout à nobis cognoscuntur, vel nominātur: quo ipso tamē rursum alia duo quādā attributa Dei, quā à nobis ipsi denominationē habēt, explicat; scilicet incōprehēsibilitatē & ineffabilitatē Dei. Tertio vñq; ad q. 27. considerat perfectiones Dei constitutas in operatione īmanentē, sive vt loquētē S. Thomā vidimus initio q. 14. quā pertinet ad operationē ipsius, īmanentē scilicet & absolutā. Quarto à q. 27. vñq; ad q. 45. agit de perfectionibus & attributis Dei relatiūis, quā nimirū conueniūt Deo quatenus Trinus est in personis, ac simul ibidē cōsiderat operatiōes, quā sunt productiones intra Deum. Postremo agit de Deo creatore, adeo quē de operationibus diuinis productiūis ad extra. Quā distributionē & methodum nos etiam circa initium huius disputationis sequendam proposuimus.

Distinctionem verò illā attributorū, seu nōminū diuinorum, in affirmativa, & negativa sa-pe etiam tradunt SS. Patres, qui idecirco docent, duplēcē esse viā, ad Deū, diuināq; p̄fctiones cognoscendas; vñ per modum negationis, negando scilicet de Deo imperfectiones rerū creatarū: Secundo per modū affirmationis, tribuendo Deo, seclusa omni imperfectione, quidquid p̄fctionis est in rebus creatis, vt videre est apud S. Dionysium c. 1. de myst. Theolog. & cap. 2. de celesti hiēarch. S. Aug. in Psalm. 85. & tract. 23. in Ioan. Damascenū lib. 1. fid. orthod. cap. 2. & 4. & alios.

Qui etiam priorē illū modū cognoscendi Deum dicunt esse p̄fectorē, nimirū quantū ad noritā claritatē, & p̄predicati proprietatē, cum per eā adēquatē & distinctē cognoscāt p̄dicatum ipsum,

quod

quod negamus de Deo, idque propriissimum, sine vili analogia & quæ iuocatione Deo tribuamus, non ita vero cum aliqd de Deo affirmamus, huius enim prædicati ratione, prout in Deo reperitur, distincte ac proprio cōceptu nullo modo cognoscim⁹, sed solum quodam conceptu cōmuni, & analogico; quandoquidem de Deo & creaturis nihil cōmune vniuersū p̄diare possumus, vt dicetur infra du. 7. & q. 7. Licit interim posterior ille mod⁹ cognoscendi Deū, ex parte obiecti cogniti p̄fectior sit; cū per eū cognoscatur positiva aliqua perfectio in Deo; priori modo nō itē. Qua de causa etiā hic nō imerito simpliciter cēseri potest perfectior, vt indicat etiā Suarez li. 1. de Deo, c. 3. n. 3. ita vt prædicta, siue attributa negativa nobis quidem aperiens, affirmativa vero secundum se & simpliciter, proprius ac perfectius diuinum ēsse declarare videantur: id quod satis etiam perspicue docet Gregor⁹ Nazianzenus orat. 2. de Theolog. post initium. Plura de diuinorū nomirum varietate, & modo, quo illa de Deo prædicanter, dicētur infra q. 7. vbi ex instituto de diuinis nominibus agetur.

D V B I V M I I.

An attributa diuinatam ab Essentia Dei, quām inter se à parte rei distinguuntur?

S. Thom. I. p. q. 3. a. 6.

Sermo est de attributis diuinis, non relatiis & notionalibus, sed absolutis ac positivis. Et supponimus ex cōmuni philosophia, quā ex Durando in I. d. 2. q. 2. & alijs tradunt etiā Vasquez I. p. tom. 2. d. 116. c. 5. & Gregorius de Valent. hic q. 13. pun. 3. veluti cōmune S. Thomæ, & omnium aliorū ante Scotū, duo vniuersim esse distinctionis actualis genera: *Distinctionē* nimur realē latē sumptam, prout cōprehendit omnem eam distinctionem, quā à parte rei existit, sine operatione intellectus: quam Scotus infrā cum suis vocat distinctionem *ex natura rei*: & *distinctionē rationis*, quā est per sola operationem intellectus. Realis illa, alia est realis stricte sic dicta, quā distinguuntur aliqua vt res à re; alia est *Modalis*, siue vt Scotus loquitur, *formalis*; et si formaliter distincta etiā vocentur illa, quā sola ratione distinguuntur.

Distinctionē rationis alia est *rationis ratiocinata*, quā habet fundamentum in re; qualis à multis solet assignari inter gradus metaphysicos eiusdem substantiae individuū; Alia solitus *rationis ratiocinantis*, vbi sola ratio, sine fundamento in re, facit disserimen; qualis cernitur inter definitum, & definitionem; inter Socratem, vt est prædicatum, & vt est subiectum, &c. iuxta ea quæ tradit S. Thomas in I. dist. 2. q. vn. art. 3. etiā Vasquez I. p. tom. 2. d. 117. c. 3. reijecit illā distinctionē rationis ratiocinantis, & rationis ratiocinata; ratus nullam distinctionē rationis carere, fundamento in re; quod est contra cōmuni philosophorum & Theologorū sententiā, vt dictum.

Hoc posito, triplex referris solet Doctorum de proposita quæstione sententia. Prima cuiusdam Gualteri, & quorundam, nescio an aliorū, apud Nyphum lib. 12. Metaph. disp. 13. c. 3. qui dixe-

runt, attributa diuina ab essentia, & inter se distinguunt, realiter, nimur ut communiter intelligi solet, etiam stricte. Fundamentum erat: quia quæcūque distinguuntur prædicamētis diuersis, aut etiā genere, vel specie, distinguuntur realiter: talia vero sunt attributa diuina, siue cum Essentia, siue inter se conferantur: Ergo, &c.

Secunda sententia est, attributa diuina inter se, & ab essentia diuina distinguuntur ante omnem operationem intellectus, non quidem realiter stricte; sed ex natura rei formaliter. Ita Scotus in I. d. 8. q. 3. & cōnes ferè Scotis, nominatim Lychet⁹, & Barg⁹ ibidē, Bassolis in I. d. 2. q. 3. a. 2. & q. 4. a. 2. & 3. Nicolaus de Nysse tract. I. p. 3. Guilielm⁹ Vorilong. in I. d. 8. q. vn. a. 2. Franciscus Mayron d. 8. q. 3. & 7. Petrus de Aquila q. 4. & 5.

Et quamvis Guilielm⁹ de Rubion in I. d. 8. q. 3. a. 2. & Iauellus lib. 12. Metaph. q. 19. a. 3. interpretari conentur Scotū, quasi nō senserit, dari distinctionē actualē diuinorū attributorū inter se, & ab Essentia diuina, ante omnē operationē intellectus, sed tantum virtuale, id tamen post Gregorii Ariminensem in I. d. 8. q. 1. a. 1. cōmuniter ac meritō refellunt alij; sunt enim verba ipsius satis clara. Sic enim loquitur loc. cit. *Ad quæstionem respondens*, *T*endo, *quod inter perfectiones essentiales non est tantū differentiationē rationis: hoc est, diuina sōrum modorū concipiendi idē obiectū formale; talis enim distinctionē est inter sapientiam & sapientiam; & utriq; maior inter sapientiam & veritatem: nec est ibi tantū distinctionē obiectorū formalium in intellectus; quia ut argumentum est prius, illa nunquam est in cognitione intuitiva, nisi sit in obiecto intuitivē cognito &c.* Et ergo ibi distinctionē tertia, præcedēt intellectus omni modo; & est ista, *quod sapientia est in re, ex natura rei, & bonitas est in re, ex natura rei, sapientia autem in re formaliter non est bonitas in re.* Ita Scotus; qui proinde etiā has propositiones defendebat, Deitas nō est sua bonitas, aut sapientia ex natura rei, & ante intellectum; et si negaret hāc, Deus non est sua bonitas, &c. quem eodem sensu sequuntur Scotistæ superius citati.

Tertia sententia est, attributa diuina inter se, & ab essentia diuina non nisi ratione distinguuntur. Hæc est cōmuni Theologorum, quos mox citabimus.

Assertio I. Attributa diuina inter se, vel ab Essentia diuina nō distinguuntur realiter stricte. Ita habet consensus cōmuni Doctorum, vix vno obscuri nominis scriptore excepto, vt dictū, q̄ respectu totius multitudinis, p̄ nihil haberi potest. Est quæ assertio de fide certa, adeo vt Suarez I. p. lib. 1. de Deo c. 10. oposita dicat esse hereticā, & contra omnē rationē. Et probatur à fortiori omnib⁹ ijs argumentis, quæ pro sequenti assertione afferentur. Ratio specialis esse potest. Quia si, attributa diuinā inter se, & ab essentia diuina realiter distinguuntur, tunc aut essent in Deo plures substantiae absolute cōpleræ, quarū vna nō esset alia; aut certe essent in Deo vera accidentia realia, ab entitate substantiae diuinæ realiter distincta: cōsequens est impossibile: Ergo. Maior probatur. Quia singula attributa, quæ dicuntur inter se, & ab essentia diuina realiter distincta, cū sint absolute quædā, & cōpletæ entitates, & nō modi solū intrinseci, & transcendentales; qua de causa etiam ab illis authoribus in prædicamentis collocantur; aut eruunt essentialiter

substan-

substâtiæ, aut vera accidentia: si primū, ergo erunt plures substâtiæ absolvitæ in Deo: si secundū, ergo sunt in Deo vera, & realia accidētia, ab ipsa entitate substâtiæ diuinæ realiter distincta. Minor, probatur, q̄a si sunt plures substâtiæ cōpletæ, & absolvitæ realiter distinctæ in Deo; ergo erūt plures substâtiæ diuinæ cōpletæ, adeo q̄ plures Dij. Si autē, vt authores illi posuisse videntur, sunt vera, & realia accidentia in Deo, & à Deo realiter distinctæ; ergo Essentia diuina secundū se, est ens potentiale, imperfectū, & cōfalte in suis operationib⁹, etiā iamanentiū, dependēs à creatura; quandoqđe sine attributis illis, Deus nec velle, nec intelligere, nec agere quicquam potest; nec vero attributa illa in hac sententia aliud esse possunt, quām creature; tum quia ponuntur à Deo realiter distincta; tum quia nullum accidens esse potest Deus.

4

Vnde probatur secundo eadem assertio. Quia attributa diuina iuxta hanc sententiam, aut re ipsa sunt entia ex se, aut ab alio; ex se esse non possunt; quia tunc esset Deus: Quicquid enim ex se est, nō potest nō esse ens illimitatum, infinitum, independens, adeo q̄ Deus; hæc verò sententia negat ea esse Deum: si sunt ab alio, puta Deo; ergo erunt creature; cum omnis entitas, extra essentiam Dei posita, sit creature; præsertim quando similitudinem est entitas solum accidentalis, vt antea dictum.

Nec verò quicquam valet fundamentum oppositæ sententiae superiorius relatum: vt pote, in quo & propositio maior, & minor est falsa. Nam nec omnia, quæ prædicamentis, aut genere, vel specie differunt, strictè realiter distinguuntur; vt patet in figura, & quantitate; in sessione, & sedente; & in actione & passione; in motu & termino; & alijs pluriſque. Nec essentia, aut attributa diuina ponuntur in prædicamentis, aut sub vlo genere collocantur, vt dicetur quæst. seq.

5

Assertio II. Attributa diuina nec inter se, nec ab essentia diuina distinguuntur ex natura rei formaliter. Hæc est omnium Doctorum extra scholā Scotti, nominatim verò ita docent Magister in 1. d. 8. Alstediensis lib. 1. cap. 2. q. 1. & c. 4. q. 2. 8. Thomas hic q. 3. a. 6. & de potentia art. 6. & in 1. d. 2. q. 1. a. 2. & 3. & dist. 2. 2. q. 1. a. 3. Albertus in sum. tract. 4. q. 20. & tract. 14. q. 59. & in 1. d. 8. a. 3. Alensis 1. p. q. 2. 3. memb. 4. ad 1. Bonaventura in 1. d. 34. q. 2. Henricus in sum. a. 2. 8. q. 4. & a. 5. 1. q. 1. Richardus in 1. d. 3. a. 1. q. 2. 3. & 4. Egidius d. 2. q. 3. Durandus q. 2. Heraeus Quodlib. 1. q. 2. & quodlib. 3. q. 3. a. 1. Aureolus in 1. d. 8. q. 3. a. 5. & c. 6. & d. 45. q. vn. a. 2. & 3. Ockam in 1. d. 2. q. 1. Marsilius q. 12. a. 3. Rubion d. 8. q. 3. art. 1. & 2. Bacon d. 2. q. 1. ar. 3. Ariminensis d. 8. q. 1. a. 2. Argentina d. 6. q. 1. a. 2. Alliacus q. 6. a. 2 Capreolus in 1. d. 8. q. 4. a. 1. Gabriel in 1. d. 2. q. 1. a. 2. Ferrariensis lib. 1. contra gentes cap. 24. Cajet. de ente & essentia quæst. 12. Bartholomaeus Torres in 1. partem S. Thomæ q. 28. a. 2. disp. 1. Gregorius de Valentia hic q. 13. p. 3. Molina 1. p. q. 28. a. 2 disp. 2. Suarez 1. p. cit. tract. 1. de Deo lib. 1. cap. 10. Valsquez 1. p. tom. 3. disp. 116. cap. 4. alijque recentiores; è quibus etiam Molina eam Scotti sententiam non satis totā indicat. Et Gillius lib. 2. tract. 5. cap. 6. num. 12. ait: Vnde merito Adam in 1. d. 6. q. 1. conclus. 3.

Ioannes de Bachone d. 2. q. 2. art. 3. initio, Marsilius q. 12. a. 3. 1. p. conc. 3. & Dionysius Carthusianus d. 2. q. 2. opinio. Scoti rejeciunt, ut omnino contrariam communis sententia patrum, quam negare non est tutum: & ob hanc causam contraria sententia male audit apud nonnullos Theologos, querunt aliqui eam absurdam, vel erroneam appellant, inter quos est Gerson. Eadem fuit communis sententia inter meliores philosophos; nominatim Aristotelis lib. 12. Metaph. t. 39. Auerois ibid. Parmenidis, Epicetti, Plotini apud Eubugini lib. 6. de perenn. phil. c. 10. & alios.

Probatur hæc assertio primo ex Scriptura, quæ sapientia nominibus abstractis appellatur, vt dicetur q. seq. Inde enim colligitur, si Deus saltem à parte rei formaliter est sapientia, charitas &c. non esse inter ea distinctionem villam à parte rei, alias enim propriè unum de altero prædicari non posset, sicut propriè & absolvitè dicere non possumus quantitas est figura, vel è contra.

Secundo probatur authoritate SS. Patrum. Aperitè S. Augustinus lib. 8. de civit. Dei c. 6. Quia non aliud illi est esse, aliud vivere, quæ potest esse non vivens: nec aliud illi est vivere, aliud intelligere, quæ potest vivere non intelligens: nec aliud illi est intelligere, aliud beatum esse, quæ potest intelligere & non beatum esse: sed quod est illi vivere, intelligere, beatum esse, hoc est illi esse. Et lib. 5. de Trinitat. cap. 8. Non est aliud Deo esse, & aliud magnum esse. sed hoc idem illi est esse, quod magnum esse. Et lib. 6. de Trinitat. cap. 7. Eadem magnitudo eius est, quæ sapientia, non enim mole magnus est, sed virtutis: & eadem bonitas, quæ sapientia, & magnitudo, & eadem veritas quæ illa omnia. Et lib. 7. cap. 1. Eadem est magnitudo, quæ virtus, & eadem essentia, quæ magnitudo. Et lib. 15. de Trinitat. c. 5. & 6. ait: Non est aliud sapientia eius, aliud essentia, cuius hoc est esse, quod sapientia esse. Similis habet lib. 5. c. 10. & 11. & lib. 6. c. 6. & 7. & lib. 10. c. 10.

Et S. Gregorius lib. 10. moral. cap. 20. Deus hoc est, quod habet, æternitatem quippe habet, sed ipse est æternitas: lucem habet, sed lux sua ipse est: non est ergo in eo aliud esse, & aliud habere. Similis habent Marcus Victorinus lib. 1. contra Arium., Boetius lib. 1. de Trinitat. Anselmus in Monolog. cap. 15. Bernardus lib. 5. de consid. cap. 13. Plura videri possunt apud citatos.

Tertio probatur authoritate Ecclesiæ. Licet enim Scotti sententia nulquam aperitè hæc tenus fuerit damnata ab Ecclesiæ, in concilio tamen Rhemési, ab Eugenio Pontifice congregato, dānata fuit sententia Gilberti, qui etsi fateretur, inter essentiam, & attributa absoluta nullam à parte rei esse distinctionem, vt refert S. Bernardus serm. 80. in Cantica, & lib. 5. ad Eugenium, affluit tamen, attributa diuina nō prædicari de Deo in abstracto, sed in concreto, quæ Deus non esset sapientia, sed sapientis; ratus nimis, naturā diuinā & attributa absoluta à supposito, seu attributis relativis à parte rei, ante omnem operationem intellectus, esse distincta. Sed hoc posterius etiam docet Scotus in 2. d. 2. quæst. 7. prius verò sequitur ex eius sententia, vt superius dictum, & recte notarunt. Molina cit. disp. 2. & Valsquez cit. disp. 116. n. 16. & 18. & disp. 120. cap. 2. Video tamen, responderi posse, Gilbertū eo ipso quod simpliciter, & commi modo

modo negaret, Deum esse sapientiam, videri suppositum, seu attributa relativa ab essentia & attributis absolutis etiam realiter, non tantum modaliter distinxisse. Quod tamen non satis facit, cum etiam Scotus attributa absicura de se mutuo praedicari neget; licet ea non nisi formaliter distinguat. Accedit, quod ab Ecclesia cap. Firmiter, & cap. damnamus, de summa Trin. & fid. Cathol. definitum est, naturam diuinam esse omnia simplicem, ac proinde à parte rei omnis pluralitas secundum praedicata essentia experten.

Vnde probatur eadem assertio etiam ratione. Primo, Attributa diuina inter se, & ab essentia non magis distinguuntur, quam relationes distinguantur ab essentia, ut etiam Scotus ipse saturet loco cit. Sed haec non plus ab essentia distinguuntur, quam ratione, ut ex Concilio Rhemensi dictum, & habetur in Concilio Florentino sess. 18. & 19 non quidem per modum definitionis, sed per modum disputationis, approbatæ ex ratio consensu gratorum, & Latinorum: Ergo, &c.

Secundo. Si sapientia ex natura rei differt ab essentia diuina, aut illa sapientia, prout ab ea ante intellectum differt, est aliquid, aut nihil: hoc dic non potest, quomodo enim tunc ante intellectum reipsa differet à natura? Si est aliquid, aut est quid superius natura diuina, aut æquale, aut inferius. Primum dici non potest, quia nihil diuina natura superius est. Si est aliquid æquale ipsi, erunt plures essentia diuina, adeoque plures Dij, quiequid enim est æquale diuinitat, siue naturæ diuinae. Deus est: si est reipsa inferius, ergo formaliter erit creatura, & sic Deus sit sapiens per creaturam; quod est absurdissimum. Atque hac ipsa ratione, circa suppositum diuinum, & attributa, contra Gilbertum usus est S. Bernardus cit. serm. 80. in Cantica.

Tertio. Si attributa diuina ante operationem intellectus, adeoque reipsa differunt inter se, & ab essentia: Deus non est planè simplex: Consequens est contra fidem, ut superius dictum. Ergo, &c. Vtique etiam hac ratione S. Bernardus contra Gilbertum lib. 5. de confid. vbi inter cetera ait: *Nisi omnia unum in Deo, & cum Deo confidere, habebis multiplicem Deum.* Et infra: *Tam non est simplex, quod vel unius fuerit obnoxium forma, quam nec virgo, vel unius cognita viro.* Et S. Isidorus lib. 5. de sum. bono, cap. 1. Ideo Deus dicitur simplex, siue non admittendo quod habet, siue quia non est aliud ipse, & aliud, quod in ipso est.

Quarto. Ex eadem Scoti sententia sequitur, Deum non esse actum purum; quia essentia diuina cum à parte rei distinguatur ab attributis, neccesse est, ut à parte rei formetur, & perficiatur attributis: id vero est absurdum & cōtrariationem Dei, ac Deitatis: Ergo.

Assertio III. Attributa diuina inter se, & ab Essentia nullo modo distinguuntur à parte rei, siue ante operationem intellectus. Ita omnes pro precedenti assertione citati, & est non minus certa, quam assertio precedens. Colligitur ex dictis, & probatur ijsdem argumentis, quibus precedens assertio fuit comprobata. Quia distinctio à parte rei alia nulla est, quia realis strictè accepta, aut formalis, siue modalis: cum ergo attributa nullo horum modorum inter se, vel ab essentia diuina distinguantur; sequitur, nullo modo à parte rei distinguiri inter se, vel ab essentia posse.

Tom. I.

Contra has vero duas assertiones, pro sententia Scotti, obiectur primo. De eadem re ex natura rei, seu quod idem est, à parte rei prorsus distincta, non possunt vere enuntiari prædicta realia contradictoria, iuxta illud principium; Non contingit idem simil de eadem reaffirmare & negare: sed de essentia & attributis diuinis, adeoque vniuersim de perfectionibus diuinis, affirmantur prædicta realia contradictoria: Ergo non possunt à parte rei prorsus esse indistincta. Minor probatur pluribus exemplis. 1. Intellectus enim diuinus est principium producendi filium, voluntas non est principium producendi filium. 2. Deus intellectu intelligit, & voluntate non intelligit; voluntate vult, intellectu non vult. 3. Deus iustitia puniit, non miseretur; misericordia miscretur, non punit, &c. 4. Sapientia non est bonditas, intellectus non est voluntas.

Responsio communis & vera est, de eadem re non posse affirmari contradictoria, nisi eadem illa resit virtute multiplex, atque adeo in seipso virtualiter distincta; ita ut ob eminentissimam suam perfectionem, & equaleat pluribus reipso distinctis. Tunc enim quia prædicta eiusmodi contradictoria non affirmantur de eadem re secundum idem, siue secundum eandem rationem, imo nec termini etiam in utraque affirmatione, & negatione sunt idem; idcirco non est in eiusmodi prædicatione, vera & formalis contradictionis. Quomodo autem virtualis illa distinctio sit intelligenda, dicitur dub. sequent.

Secundo obiectur. Sapientia, & bonditas in genere, differunt ex natura rei, cum habeant diuerias definitiones: Ergo etiam hæc sapientia & bonditas, quæ in Deo infinita est.

Respondetur cum Heruæo quodlib. 1. q. 2. & Argentina in 1. dist. 6. q. 1. art. 2. & Suario 1. p. lib. 1. de Deo, cap. 13. Vasquio cit. disp. 1. 6. cap. 6. negando antecedens. Quia sapientia, & bonditas in genere, aliaeque eiusmodi rationes communes analogicas, non necessario vendicant, nec distinctionem, nec identitatem ex natura rei; sed abstractantab utraque, & admittunt utramque, iuxta naturam suorum analogatorum; scilicet distinctionem in creaturis, identitatem in Deo; sicut etiam ratio practici & speculativi, respectu potentia intelligendi, non sunt ei ipsa rationes distinctæ; respectu habituum, & actuum, sunt à parte rei, imo realiter distinctæ. Prout tamen eiusmodi rationes communes per intellectum abstractæ sunt, non ex natura rei, sed solum formaliter per rationem, & intellectum differunt; ita ut verissimum sit, formalem rationem seu conceptum vienius, non esse rationem alterius; quod etiam de attributis diuinis dici potest, vt dicimus.

Tertio obiectur. Inter paliionem demonstrandum, medium terminum, ac subiectum, debet esse distinctio ex natura rei; aliqui termini erunt synonymi: at Theologi demonstrant de Deo unum attributum per aliud; ergo attributa inter se, & ab essentia distinguuntur ex natura rei.

Respondetur negando maiorem. Nam de definitione per definitionem rectissime demonstratur palius, iuxta Aristotelem lib. 1. Metaph. cap. 6. Eodem modo negatur id, quod probationis causa additum est: neque enim ideo sequitur, terminos esse synonymos;

nymos; alioquin definitio, & definitum, quia à parte rei nullo modo differunt, essent termini synonymi; quod est contra Aristotalem ibidem, & communem philosophiam. Itaque etiam si voces aliquae rem eandem significant, si tamen eam significant sub diversis conceptibus, non erunt synonyma: sicut etiam ratio inferior & superior non sunt synonyma, licet eandem prorsus à parte rei vim intelligendis significant.

Quarto obicitur. A summe perfecto abesse debet confusio; vbi autem nulla est distinctio, necessario datur confusio, quæ distinctioni opponitur. Ergo in summe perfecto debet esse distinctio.

Respondetur negando minorem; quia in summa identitate non potest esse confusio, quia necessario supponit plura. Confusio enim non est, nisi in aliqua multitudine inordinata plurium. E contrario distinctio summae entium esse potest, cum summa confusione, vt in lapidibus, vel granis hordei, milii, arena, que temere in unum cumulum congestis cernitur. Quanquam prout attributa diuina ratione plura sunt, catenam utique etiam sunt distincta distinctione confusioni opposita, hoc est, ordinem quendam inter se rationis, & nexus habentia; ita vt in Deo concepiamus prius essentiam, deinde potentias, denique actus; & in his ipsis intellectionem ante volitionem, &c.

Quinto obicitur. Singula attributa seorsim sumpta, magis sunt idem sibi, quam comparata reliquis; ita vt v.g. sapientia magis sit idem secum, quam cum bonitate, vel amore, hoc autem fieri non potest, nisi eidem quartenus comparatur cum bonitate, vel amore, desit à parte rei aliquis modus identitatis ex natura rei, quem haber respectu sui ipsius.

Respondetur cum Capreolo loc. cit maiorem esse veram, latè loquendo de identitate; non autem si loquamus solum de identitate à parterei, sive ex natura rei. A parte rei enim omnia attributa, & sibi ipsi singula, & cum alijs æquè sunt idem, vt dictum. Quia tamen secundum nostram rationem inter se distinguuntur, cum fundamento in re; quomodo vnum, & idem attributum, seu perfectio à seipso non distinguatur, ideo rectè dici potest, attributa inter se plus (nimis ratione) distinguuntur, quam singula à seipso; ac proinde etiam singula secum ipsis maiorem identitatem habere (secundum rationem) quam cum alijs comparata. Idem dicendum de distinctione virtutis, quæ re ipsa & actu non est, nisi distinctio rationis, cum fundamento in re, vt dicetur dub. seq.

Sexto obicitur. Quævis perfectio absolute non minus est in Deo, secundum propriam rationem ab alia distinctam, ante omnem actum intellectus, quam paternitas, ac filiatio: istæ vero in Deo sunt vere, & proprie, ante omnem actum intellectus distinctæ: Ergo & illæ.

Respondetur maiorem esse ambiguum. Nam si verba illa, ante omnem actum intellectus, denominant terminum distinctum, falsa est: Quia una perfectio non est ab alia ante omnem actum intellectus distincta: si autem denominant verba illa, esse in Deo secundum propriam rationem, vera est maior: vera etiam minor; sed consequentia nulla: quia sunt quatuor termini; nimis 1. perfectio absolute. 2. esse in Deo ante omnem actum intellectus, secundum

propriam rationem ab alia distinctam. 3. paternitas, & filiatio. 4. esse in Deo propriè ante omnem actum intellectus distinctas. Aliud enim est esse in Deo ante omnem actum intellectus, secundum propriam rationem, qua nempe ratione ab alijs singula attributa distinguuntur; & esse in Deo distincta, ante omnem actum intellectus.

D V B I V M III.

An attributa diuina inter se & ab essentia diuina distinguuntur ratione, ac etiam virtualiter; & quos fundamento.

S.Thom. t.p.q. 13. a. 4.

Vñ ex Scholasticis nonnulli, qui contra Scotum adeo negant, attributa diuina inter se, & ab essentia diuina ex natura rei distinguuntur, vt negent etiam, distinguunt ratione; idque eo fundamento, quod vniuersum existimunt, distinctionem rationis inter terminos seu objecta realia nullam esse; non minus, quam inter entia rationis, nulla potest esse distinctione realis. Ita docent Nominales, speciatim Ockam in 1. d. 2. quæst. 2. Gabriel quæst. 2. artic. 2. Gregorius Ariminensis in 1. d. 8. quæst. 2. art. 1. Maior in 8. quæst. 1. Petrus de Alliaco quæst. 6. a. 2. Mayron in 8. q. 4.

Alij vero esti fateantur, attributa diuina inter se, & ab essentia diuina distinguunt ratione; negant tamen distinguunt plus, quam ratione ratiocinante, iuxta ea, que diximus initio dub. præcedenti. Ita quidam relati apud Nyphum lib. 1. 2. metaph. disput. 13. cap. 3. afferentes, omnia nomina Deo attributa esse synonyma. Idem significant Magister in 1. d. 8. & author Comment in Boet. lib. 1. de Trinit. dum aiunt, attributa diuina distinguunt solum secundum nominem. Fundamenta huius sententiae inferius refellentur. Qui vero docent, distinguunt plus quam ratione ratiocinante, adhuc tamen in fundamento distinctionis non conueniunt, vt dicetur.

Assertio I. Attributa, & perfectiones diuinæ distinguuntur inter se, & ab essentia diuina ratione. Ita communis Doctorum, quorum aliquos citabimus assert. 3. & traditur à SS. Patribus. Optimè S. Augustinus epist. 102. Legitur quidem & spiritus sapientia multiplex, sed rectè dicitur etiam simplex: Multiplex enim, quoniam multa sunt quæ habet; simplex autem, quoniam non aliud, quam quod habet, est. Ratio est, Quia dñe, nullo modo, nec ratione quidem distincta, non possunt prædicari termini contradictorij, vt fieri in proposito inferius patet, & dictum dub. præcedente. Fundamentum Nominalium nullum est. Quia esti quidem re distinguunt non possint, nisi realia; hæc tamen etiam, præsertim si virtute multiplicia sint, distinguunt ratione, eo ipso quod diuersa ratione concipi, adeoque diuersis conceptibus substare possunt.

Assertio II. Attributa diuina non distinguuntur solum vocibus, seu materialiter, velut nomina,

syno-

synonyma. Ita communis Doctorum, qui negant, attributa divina esse synonyma, ut dicetur q. 7. Probat. Tum quia iuxta scripturam, & SS Patres, quædam prædicata realia tribuntur vni attributo, quæ non attribuuntur alijs, ut intellectus intelligit, non voluntas. Tum quia vnum attributum demonstratur ex alio; quorum neutrum in synonymis fieri potest, vt patet. Plura assert. seq.

Assertio III. Attributa, & perfectiones diuinae non distinguuntur solum ratione ratiocinante, sed etiam ratiocinata. Ita communiter Doctores, dum assertur, eam distinctionem habere fundamentum in re, eti complementum habeat ex operatione intellectus. Quod docet S Thomas opusc. 72 ad q. 4. & in I. d. 2. q. 1. a. 2. Henricus in sum. a. 52 quest. 2. & 3. Agidius in I. d. 2. p. 1. q. 3. a. 1. Bacon in I. d. 2. q. 2. art. 3. Capreolus d. 8. q. 4. art. 1. & 2. Ferrariensis lib. 1. cont. gent. cap. 3. Caietanus deente, & essent. quest. 1. 2. Torres 1. p. q. 2. 8. a. 2. d. 1. Gregorius de Valentia cit. q. 13. p. 3. Molina 1. p. q. 2. 8. a. 2. disp. 2. Bannes, Zumel, & alij recentiores Thomistæ ead. q. 2. 8. Suarez 1. p. lib. 4. de Deo, cap. 4. Verba S. Thomas in I. d. 2. q. 1. a. 2. sunt ita: *Quia vnum quodq. attributorum est in Deo secundum sui verisimiliter rationem, & ratio sapientie non est ratio bonitatis in quantum huiusmodi, relinquitur, quod sunt diuersa ratione, non tantum ex parte ipsius ratiocinantis, sed ex proprietate ipsius rei.* Et ibidem art. 3. *Respondet,* inquit, *quod sapientia, & bonitas, & omnia huiusmodi, sunt omnino vnum re in Deo, sed differunt ratione: & hec ratio non est tantum ex parte ipsius ratiocinantis, sed ex proprietate ipsius rei.*

Probatur assertio primæ. Illa distinguuntur inter se ratione ratiocinata, quæ ratione distinguuntur, cum fundamento in re: perfectiones diuinæ ita inter se distinguuntur, ut patet assertiōibus sequentiōibus: Ergo, &c. Secundo significata omnium nominum simplicium (ratione aliquam realem, non secundam intentionem significantium) quæ non sunt synonyma, distinguuntur minimum ratione ratiocinata: Nomina perfectionum diuinarum sunt simplicia, & significantia perfectiones reales in Deo, nec tamen synonyma, ut dictum assert. 2. Ergo significata eorum nominum distinguuntur ratione ratiocinata. Minor constat. Maior probatur; quia eo ipso non tantum nomina, sed etiam formalia significata nominum differunt. Quomodo etiam intelligendi Magister, & alij superiori relati, qui dixerunt, attributa diuinæ solum differre secundum nomina: loquuti enim sunt de significatis formalibus nominum, non de solis nominibus materialiter.

Assertio IV. Attributa diuinæ inter se, & ab essentia distinguuntur virtualiter, sive eminenter; non autem solum connotatione extrinseca rerum creatarum. Primam partem expressè docent Durandus in I. d. 2. quest. 3. num. 15. Henricus quodlib. 13. quest. 1. Ferrariensis lib. 1. cont. gent. cap. 3. 5. Goffredus apud Aureolum in I. d. 8. q. 3. a. 1. Caietanus de ent. & essent. q. 1. 2. Torres 1. p. q. 2. 8. art. 2. disp. 2. part. 2. Fonseca lib. 5. Metaph. cap. 6. q. 6. quest. 3. Gregorius de Valentia cit. q. 13. p. 3. Molina, Bannes, Zumel loc. cit. Suarez 1. p. lib. 4. de Trin. cap. 4. Albertinus tom. 1. princ. 7. coroll. 1.

Differunt tamen: quia Henricus, Torres, & ferē

Ferrariensis distinctionem virtualem eandem faciunt cum fundamentali, qua nimis res aliqua actū potest causare plures conceptus simplices, non synonymous; quomodo distinctio virtualis conuenit omnibus distinctis ratione ratiocinata; quādquidem hæc omnis habebit fundamentum distinctionis in re ipsa, ut dictum. At vero Durandus, Goffredus, Caietanus, Fonseca, Molina, Valentia, Suarez, Albertinus, strictius, ac magis proprie eo nomine vtuntur; pro ea, quæ conuenit perfectiones simplici, æquipollenter, seu eminenter, continent perfectiones in rebus alijs actū ex natura rei distinctas. Quia de causa etiam vocatur à non nullis *virtualis ex natura rei;* quo sensu etiam nos in praesenti eo vocabulo vtimur.

Probatur assertio ex dictis. Quia essentia, & attributa diuinæ, licet re ipsa vnum sint, ob suam perfectionem, tamen æquipollent pluribus perfectionibus à parte rei distinctis in rebus creatis; nimis res essentia creatæ, eiusque perfectionibus accidentalibus omnibus, quæ secundum communem saltem rationem in Deo reperiuntur. Quod optimè etiam docuit S. Augustinus lib. 15. de Trin. c. 17. vbi ait: *Nec distent in eis (personis diuinis) ista, scilicet in nobis aliud est memoria, aliud est intelligentia, aliud dilectio, sive caritas; sed vnum aliquid sit, quod omnia valeat.* Nec tamen ideo necesse est, omnes omnino perfectiones diuinæ, etiam quasi partiales, & quæ ratione nostra quasi integrant vnam quandam perfectam, & integrum Dei perfectionem, vel etiam attributum, hoc modo strictè virtualiter inter se differre. Quia ratio entis & substantiae, item ratio substantiae & vita substantialis (ex communiori philosophia) item vis activa producendi Angelum, animam, & materiam primam (qualis in rebus creatis nullo modo reperitur) propriè non respondent pluribus perfectionibus, quæ in vna, & eadem re creata ex natura rei sint distinctæ; et si quidem hac communione dici possent, omnes diuinæ perfectiones inter se virtualiter distinguuntur: quia terminare possunt diuersos conceptus simplices, non synonymous, adæquatè representantes eandem rationem obiectuum: sicut etiam è contrario quædam perfectiones diuinæ partiales virtualiter strictè in Deo distinguuntur, ut vis producendi hominem, & equum, Intellectus rerum naturalium, & supernaturalium, &c. ut recte Gillius lib. 2. tract. 6. c. 8. quæ omnia magis ex sequentibus patescunt.

Et confirmatur assertio. Quia etiam in rebus creatis rectè subinde dici potest, vnam, & eandem perfectionem simplicem virtute continere perfectiones plurim, atque adeò virtualiter respectu diuerorum obiectorum distinguuntur; sicut sensus internus virtute quasi æquipollens sensibus externis singulis redistinctis: Intellectus tam sensu interno, quam externo; sol quoque vna perfectione indivisibili continet virtute calorem, & siccitatem, iuxta S. Thomam lib. 1. cont. gent. c. 3. 1. Eadem ferē ratione in eodem intellectu humano, ratio superior, & inferior; item intellectus practicus, & speculativus, sicut etiam voluntas vt natura, & vtlibera est, virtute quasi æquipollent pluribus eiusmodi rationibus, & perfectionibus, quæ saltem in actibus diuersis ciuidem hominis re ipsa distinctæ reperiuntur. Propriū tamen est Deiynæ entitate simplici perfectiones adeò diuersas eminenter

continere, quæ in quolibet ente creato non possint non à parte rei esse distinctæ, vt est perfectio substantiæ, & veri accidentis; subiecti, & passionis; potentiaæ actiæ, & actus secundi.

⁶ Secunda pars assertoris, diuinæ perfectiones distinguuntur inter se, non solum connotatione extrinseca rerum creaturarum, est contra Aureolum in 1. dist. 8. q. 3. a. 6. & d. 4. 5. q. vn. a. 3. Ariminensem in 1. d. 8. q. 2. a. 2. Maioresq. 1. Petrum de Alliaco q. 6. a. 2. sed communis Doctorum, quos citauimus, speciatim S. Thomæ in 1. d. 2. q. 1. a. 2. vbi ait: *Quidam dicunt, quod ista attributa non differunt nisi penes connotata in creaturis; quod non potest esse.*

Declaratur, Nam ut alia distinguuntur propriatione ratiocinata, adeoque cum fundamento in re, absque eo, quod à parte rei, adeoque sine operatione intellectus, inter ea vila sit actualis distinctio, triplex vniuersim esse potest fundamentum, seu ratio fundamentalis. Prima est perfectio rei æquipollentis pluribus; actu ex natura rei etiam in eodem subiecto distinctis; secunda perfectio rei, apta terminare plures conceptus sub rationibus obiectuï separabilibus, saltem in diuersis subiectis; tertia est intelligibilitas obiectuï rei, sub alia, atque alia connotatione & respectu ad plura, actu, vel virtute distinctæ. Prior ille modus distinctionis vocatur virtualis strictæ; secundus dici potest virtualis paulò latior significatus; tertius, absolute distinctio rationis penes connotata. Ascriimus igitur, attributa, à toto genere loquendo, non distinguuntur sola eiusmodi connotatione creaturarum rerum, sive interim necessariò ita omnia distinguuntur, nec adeò distinguuntur possint, sine respectu ad creaturas, sive non; de quo agemus quæst. seq. Nam etiam potentiaæ dicuntur distinguiri per ordinem ad obiecta; & tamen non distinguuntur formaliter solâ connotatione extrinseca obiectorum, sed formaliter quadam ratione intrinseca.

⁷ Probatur nunquam ea pars assertoris, primum ex dictis. Quia iam ante, circa partem priorem assertoris, ostensum, perfectiones, & attributa diuina saltem plaraque differre virtualiter strictæ, nimurum essentiam, ac prædicata omnia essentialia, ab attributis omnibus; vt & hæc à se inuicem; v.g. sapientiam à bonitate, bonitatem à potentia, potentiam à iustitia, iustitiam à misericordia, &c. & sic de ceteris totalibus attributis; partim etiam de quib[us]dam partialib[us], loquendo, vt dictum: alias vero perfectiones quasi partiales eiusdem essentialia, & attributi, vt rationem entis & substantiæ, rationem substantiæ & viuentis, &c. constat itidem, distinguui virtualiter secundo modo; quia rationes formales earum perfectionum saltem in diuersis subiectis à se mutuo recipi separabiles sunt: ratio enim entis à ratione substantiæ recipi separata inuenitur in accidente; ratio substantiæ à viuente, in substantia inanimata, &c. Ergo cum hoc etiam fundamento attributa diuina inter se distinguantur, non possunt dici distinguui solum penes connotata extrinseca. Secundo. Si attributa diuina solum different penes extrinseca connotata, & non secundum proprias rationes illarum perfectionum per nomina significatas; tunc attributa ipsa formaliter constituerentur solum ea connotatione extrinseca; quo enim aliquid constituitur, eo ipso distinguuntur; & è contrario: at hoc non videtur posse dici; quia tunc

attributa diuina non proprie esse in Deo; cum connotatio illa, qua intrinsecam rationem iustitia, & sapientia; & sic de ceteris attributis loquendo. Tertio. Quanto maior est ratio distinguendi perfectiones in Deo, salua summa ipsius simplicitate, & identitate à parte rei, tanto magis est Deo tribuenda; tum quia maiorem arguit perfectionem diuine entitatis & simplicitatis; tum quia facilius, & melius defendi possunt contradicentes propositiones de eadem simplicissima entitate diuina, vt ex dictis colligitur: at verò ratio distinguendi perfectiones diuinæ, absque sola connotatione illa, est maior, quam per solam connotationem, vt patet; nec tamen repugnat perfectissima simplicitati diuina, quam habet à parte rei; cum ea sit solum distinctio realis cum fundamento in re major, quam sit solum connotatione extrinseca: quorum prius quidem necessarium omnino est ad simplicitatem perfectam; hoc autem potius facit ad perfectionem simplicitatis, quam vt ei quo modo deroget, vt inferius dicitur: Ergo, &c. Addit S. Thomas loc. cit. etiam hanc rationem: *Quia ab aeterno, creatura non existentibus, etiam si nunquam futura fuissent, fuit verum dicere, quod Deus est sapiens, bonus, & huiusmodi: de qua re dub. sequent.*

Ceterum contra hanc doctrinam, qua docuimus, perfectiones diuinæ distinguiri ratione ratiocinata, obiicitur primò. Omnis distinctio rationis ratiocinatae minuit unitatem, ac simplicitatem Dei, & perfectionum diuinarum; quia magis unum sunt illa, quæ solâ ratione ratiocinante, quam quæ eriam ratione ratiocinata distinguuntur; magis etiam simplex est illud, quod à pluralitate & distinctione entium remotius est: ergo cum Deus sit maximè unus & simplex, non potest esse capax eiusmodi distinctionis.

Respondeatur negando antecedens. Ad probationem quantum ad unitatem respondeo, eam veluti proprietatem consequi ens, ita vt tanto perfectius quodque sit unum, ceteris paribus, saltem intensius, vt ita dicā, quanto est perfectius ens: cum ergo Deus sit perfectissimum ens, & quidem tanto perfectius, quanto, salua unitate à parte rei, pluribus perfectiōibus reip[er]fici distinctis equiualeat (in quo distinctio virtualis rationis ratiocinatae consistit, vt dictum) sequitur ea distinctione non minui, sed augeri quasi intensius perfectionem unitatis in Deo; esto extensus ea ratione diminutur, vt nonnulli loquuntur, quatenus id, quod sola ratione ratiocinante distinguatur, habet plures negationes, divisiones, nimurum secundum rem, & secundum rationem, quæ per se nihil facit ad perfectionem, cum etiam in rebus imperfectissimis cernatur, v.g. in quolibet indiuisibili. Idem dicendum de simplicitate, quæ eo perfectior est, quo res aliqua à parte rei vndeque simplicissima, pluribus, ac distinctis equiualeat, vt dictum; quam proinde simplicitatem minimè impedit plurimalitas secundum rationem; aliqui punctum, aut instans habebit perfectiorem simplicitatem, quam Angelus, quod est absurdum.

Obiicitur secundo. Simplicitati perfectæ adver-

satur

satur omnis compositio: sed vbi est vnum ex pluribus distinctis ratione, non potest non esse compositio saltem secundum rationem: ergo etiam pluralitas, & distinctio illa secundum rationem aduersatur simplicitati diuinae.

Respondetur negando maiorem. Quia perfecta simplicitati non aduersatur, nisi compositio secundum rem, sive à parte rei: compositio autem secundum rationem Deo, eiusque perfecta simplicitati minime repugnat; sed pertinet ad eius perfectionem, & ex ea prouenit, ut ex dictis colligitur: quam proinde compositionem Deo recte concedunt Suarez 1. p. lib. 1. de Deo, cap. 4. num. 8. Vasquez d. 22. c. 2. Gillius lib. 2. tract. 4. cap. 6. & tract. 6. c. 6. vt pluribus dicetur quæst. 3. dub. 1.

Objeicit tertio. Si diuinæ perfectiones ratione ratiocinata distinguerentur, tunc non possint verè ac formaliter in abstracto de se inuicem prædicari; sicut ob eandem causam in rebus creatis, non possimus in sensu formaliter dicere, rationalitas est animalitas, vegetabilitas est sensibilitas, item ratio superior est ratio inferior; tametsi gradus metaphysici secundum multos, vt & ratio superior, ac inferior, non nisi ratione ratiocinata distinguantur.

Respondetur, concedendo loquendo de prædicatione formalis: loquendo saltem de attributis, quo rūnū secundum rationem nostram non pertinet intrinsecè ad rationem formalē alterius. Non enim vera sunt hæ propositiones in sensu formalis, sed solum identico, sapientia est iustitia, iustitia est misericordia, misericordia est sapientia; & sic de ceteris eiusmodi attributis, vt dicetur quæst. ultima.

Objeicit quarto. Res omnino simplex, & à parte rei indubibilis, non postulat ex se diversis conceptibus, ac sub diversis rationibus formalibus concipi; sed potius ex se postulat, eo modo cognosci, quo est; Ergo si sub diversis rationibus formalibus, propter imperfectionem intellectus aliquius concipiatur, id non fiet cum fundamento ex parte rei, sed solum ex conditione intellectus cognoscens, adeoque subterrētis quodammodo, & affingens rei simplici plura, vbi plura non sunt.

Respondetur, negando consequentiam. Lieet enim res simplex ex se præcisè non postulet ita imperfecte, & inadæquate concipi, tamen ob suam perfectionem, ab intellectu imperfecto, non potest aliter concipi; ac proinde ex se, & ratione sue perfectionis obiectuæ sufficit, & apta est terminare plures conceptus simplices, etiam primo intentionales, non synonymos. Ethoc ipsum est habere fundamentum distinctionis actualis per rationem; adeoque distingui ratione ratiocinata, sive ratione cum fundamento in re.

Sed in contrarium objeicit quinto. Intellectus nihil distinguit, vbi non habet fundatum distinctionis, saltem quo res ipsa simplex concipiatur relate ad alia à parte rei distinctas; alias enim cognoscit rem, vt est: Ergo inanis est illa distinctionis rationis ratiocinantis, & rationis ratiocinatae. Et hoc est argumentum Vasquij loc. cit. ex quo reiecit distinctionem illam rationis ratiocinatae, & ratiocinantis.

Respondetur, negando antecedens: loquendo de proprio fundamento distinctionis. Quando enim unus & idem Socrates per rationem de seipso prædi-

catur; distinguit utique intellectus Socratem per modum subiecti, ab ipso, in quantum est prædicatum; & tamen ratio illa subiecti, & prædicati, respectu Socratis, nullum habet à parte rei fundatum distinctionis, per quod vt sic referatur ad alia realiter distincta. Item quando eadem essentia hominis primo concipiatur confusè, per modum definiti, postea distinctè per modum definitionis; nullum est peculiare fundatum eiusmodi distinctionis, quo res eadem concipiatur, relate ad alia realiter distincta; & tamen illa distinguntur ratione: Ergo non omnis distinctionis rationis habet verum eiusmodi, & proprium fundatum in re; nisi hoc ipsum vocemus fundatum quasi generale, quod ipsa potest, etiam in quantum à parte rei vna, & simplex est, à ratione aliter, atque aliter (secundum rationes saltem intentionales secundas) aliquo modo concipi, licet perfectionem huiusmodi obiectuum non habeat, qua possit terminare plures conceptus simplices primo intentionales, non synonymos. Plura de hac dubijs sequentibus.

D V B I V M I V.

An attributa, & perfectiones diuinae distinguantur tantum per respectum ad creaturas; idq; solum ratione nostra, an etiam intellectu diuino & beatorum.

S.Thom. I. p. q. 13. a. 4. ad 3.

Duo requiruntur ad distinctionem actualem rationis ratiocinatae; nimirum fundatum distinctionis, & actualis distinctionis per rationem. Fundatum explicatum est dub. præced. modus vero actualis distinctionis inter attributa, & perfectiones diuinas, hoc dubio explicandus est. In hac autem re tria sunt controversia Primum, utrum attributa diuina possint distinguiri ratione, sine actuali respectu ad creaturas, quibus equipollant; nam utrum aliqua esse, & distinguiri possint sine respectu ad creaturas veluti obiecta, sive terminos, quos respiciunt, vt est omnipotētia, omniscientia, ratio idex; quæst. 6. dicitur. Secundum, utrum attributa, & perfectiones diuinae ratione distinguantur, etiam per intellectum Dei, & beatorum; an solum per intellectum nostrum seu Viatorum. Tertium, an perfectiones diuine fuerint ab eterno ratione distinctæ: quæ omnia sequentibus assertioribus explicabimus.

Affirmatio I. Perfectiones, & attributa diuina distinguuntur ratione, sine respectu actuali ad creaturas actu distinctas, quibus æquipollent. Ita docet S. Thomas in I. d. 22. q. vn. art. 3. vbiait: *Quædam nomina dicuntur proprie de Deo, quæ quantum ad significata per prius sunt in Deo, quæ in creaturis, ut bonitas, sapientia, & huiusmodi. Et horum diversitas non nascatur per respectum ad creaturas, imo potius ē conuersio. Quia ex hoc, quæratio sapientiae, & beatitatis differt in Deo, diversificatur in creaturis bonitas, & sapientia, non tantum ratione, sed etiam re. I. dem docet Capreolus in I. d. 8. q. 4. a. 2. qui etiā plura loca S. Thomæ adducit; vt preindividuabile non sit, quod dixit Palatius in I. d. 2. disp. 2.*

S. Thomam suam illam sententiam in summa mutata; quando nec Caetanus, nec alij Thomistæ id notarunt; & S. Thomas facile secum ipse potest reconciliari, iuxta sensum sequentis assertio[n]is. Eandem assertio[n]em primam tradunt Bacon in 1. d. 2. q. 2. a. 3. & 4. Torres 1. p. q. 28. a. 2. disp. 2. dub. 3. Molina 1. p. q. 28. a. 2. d. 3. concil. 5. Gillius lib. 2. tract. 6. cap. 10. num. 3. & 4. vbi citat Hispanensem, & alios, et si quidam absolute dicant, attributa, & perfectiones diuinæ, non posse distingui ratione, sine respectu ad creaturas; quos citabimus assert. seq.

Probatur assertio. Quia ut perfectiones, & attributa diuina distinguuntur ratione, satis est, ut & ipsa formaliter sint in Deo secundum proprias rationes; putat scientia, sapientia, bonitas, amor, iustitia, intellectus, voluntas, &c. & ut à nobis secundum proprias etiam eiusmodi rationes, distincte pluribus conceptibus inadæquatis concipiuntur: sed vt cumque esse, & fieri potest, sine respectu actualiad creaturas: Ergo etiam ratione à nobis distingui possunt, sine respectu actuali ad creaturas. Maior est manifesta; quia attributa diuina per hoc distinguuntur ratione; quod à nobis secundum proprias rationes diversis conceptibus distincte cognoscuntur; ita ut conceptus & ratio formalis *vnius* non sit alterius.

Minorem quoad primam partem expresse docet S. Thomas in 1. d. 2. q. 1. art. 3. quæstiunc. 3. vbi contra Averenam, & Rabbi Moysen docet, rationes attributorum diuinorum esse verè ac propriè in Deo. Et in 1. p. q. 1. 3. a. 3. ait, perfectiones significatas per nomina attributorum, propriè competere Deo, & magis propriè, quam ipsis creaturis. Eadem est communis sententia Doctorum, ut dicitur quæst. 7.

Secunda pars minoris probatur. Quia propriæ, & formales rationes attributorum, ac perfectionum diuinarum, nec secundum se habent respectum actuali ad creaturas, quibus à quipollent, ut patet; & à nobis hoc ipso concipiuntur distinctè, quod de ipsis formamus proprios, & distinctos conceptus, similes ijs, quo sub ijsdem nominibus formamus de creaturis; at isti conceptus non in uoluunt actualem respectum ad creaturas, à quibus sunt abstracti: nec enim ratio sive conceptus formalis sapientiae, bonitatis, intellectus, voluntatis, dicunt eiusmodi respectum. Quod etiam experientia patet. Nos enim distinctè, ac proprijs, diversisq; conceptibus concipiimus in Deo sapientiam, bonitatem, intellectum, ac voluntatem, etiam si actu, & explicitè de creatura lilla, aut perfectionibus creatis nihil planè cogitemus.

Secundò, ad distinctionem rationis inter aliqua, quæ reidem sunt, in genereloquendo, sufficit, ut fieri de illis possint prædicationes diversæ & cōtradictoriæ; at verò de attributis, & perfectionibus diuinis fieri possunt, & fiunt eiusmodi prædicationes diversæ, & contradictoriæ, sine actuali respectu ad creaturas; ut quod diuinus intellectus intelligat, & generet, non voluntas. Ergo possunt hæc inter se ratione distingui, ac recipi etiam ratione distinguuntur, sine respectu actuali ad creaturas.

Assertio II. Perfectiones, & attributa diuina non possunt à nobis ratione distingui, sine respectu ad creaturas actu distinctas, quali virtutis, seu habituall. Ita à fortiori sentiunt illi, qui absolute docent, attributa in Deo à nobis non posse distingui, sine re-

spectu ad creaturas distinctas; speciatim Suarez lib. 1. de Deo, cap. 1. 3. num. 9. vbi ait: *Vnus aliqua distinguimus ratione, duo sufficiunt iuxta doctrinam D. Thomæ q. 7. de potentia, art. 6. C. in 1. d. 2. q. 1. a. 2. Et 3. Vnum est, quod non concipiamus rem, prout in se est; aliud est, quod concipiamus illam per habitudinem, aut comparationem ad res alias distinctas. Consentit Gabriel Vasquez 1. p. tom. 2. disp. 11. 7. cap. 3. vbi ait, consentire de hacre Doctores, quos ipse legere potuerit; & inspecie refert S. Thomas in 1. d. 2. q. 1. a. 3. & opusc. 6. q. 1. 2. & 3. & q. 7. de potent. art. 6. Durandum in 1. d. 2. q. 3. num. 10. Capreolum d. 8. q. 4. a. 1. concl. 4. & art. 3. in fine. Augustinus Niphum lib. 1. 2. Meraph. disput. 1. 3. cap. 4. Gotfredus quodlib. 7. q. 1. Et quidem ita expressè loquitur Durandum loc. cit. num. 1. 5. vbi consequenter etiam afferit, differentiam attributorum secundum rationem, non posse habere sufficiens fundamentum in natura diuina absolutè accepta, nisi comparetur ad realem diuersitatem, quæ in creaturis est, vel esse potest.*

S. Thomas verò, & Capreolus non ita absolute loquuntur, nec aliud intendunt, quam quod in assertione dictum. Etenim S. Thomas q. 7. de potent. art. 6. italoquitur: *Diversitas ergo, vel multiplicatio nominum causa est ex parte intellectus nostri, qui non potest pertinere ad illam Dei essentiam videndam secundum quod est, sed videt eam per multas similitudines eius deficientes, in creaturis, quasi in speculo renentes. Ethic. 1. p. quæst. 1. 3. art. 4. ad 3. ait: Intellectus noster multipliciter apprehendit eum, sicut res multipliciter ipsum representat. Non ergo dicit S. Thomas, ad perfectiones diuinæ ratione nostra distinguendas, necessariam esse actualem relationem, sive comparationem Dei ad creaturas: sed ut cognoscamus Deum imperfectè, & per multas similitudines in creaturis relictas: hoc est, per multas, ac diuersas rationes formales à creaturis abstractas. Eodem modo loquitur S. Thomas in 1. d. 2. art. 3. quæst. 4. & ex eo Capreolus cit. quæst. 4. art. 1. conclus. 4. vbi ait: *Istarum rationum pluralitatis causa, est Dei plena perfectio, & nostri intellectus limitatio. Quam mox ibidem verbis S. Thomæ ita declarat: Intellectus enim noster non potest una conceptione diuinas modos perfectionis accipere; tum quia ex creatura cognitionem accipit, in quibus sunt diuersi modi perfectionum secundum diuersas formas, tum quia hoc, quod est in Deo vnum & simplex plurificatur in intellectu nostro, etiam si immediate à Deo recipieret.**

Ex quibus sumitur ratio assertio[n]is. Quia ad hoc, ut perfectiones diuinæ ratione à nobis distinguuntur, per respectum quasi virtualem, seu habitualem ad creaturas, satis est, ut cognoscantur à nobis distincte secundum proprias rationes formales, per species, & conceptus communes, quos ex rebus creatis, ac similibus perfectionibus in rebus creatis re ipsa distincti abstrahimus: atqui hoc profus necessarium est, ut perfectiones diuinæ, & concipiamus, & distinguamus; quandoquidem quicquid de Deo intelligimus, non nisi per species rerum creatarum intelligimus: Ergo etiam perfectiones necessariò distinguimus per respectum saltem virtualem ad creaturas. Maior sumitur ex S. Thomâ loc. cit. & probatur. Quia hoc ipso, quod species, quibus distinguimus perfectiones in Deo,

sunt à creaturis acceptæ, easque adeò habitualiter respiciunt, tum ut effectus ab ijsdem causati, tum vt similitudines, & causa representationis earundem, iam hoc ipso perfectiones diuinæ distinguuntur à nobis, per respectum quasi virtualem, seu habitualem, ad creaturas; etiam si actu nullam comparationem inter Deum, & creaturas in situamus. Non nego tamen, ad hoc, ut eam distinctionem rationis quasi reflexe cognoscamus, necessarium esse, vt Deum cum creatis perfectionibus actu comparemus; adeum modum, quo multi sentiunt, naturam fieri vniuersalem per notitiam abstrahiam directam; et si non cognoscatur vniuersalis, nisi per comparationem, & reflexam. Quo sensu intellige illud, quod S. Thomas in I. d. 22. cit. q. 1. a. 3. post verba cito assertio præcedente immediatè subiicit: Sed verum est, quod diversitas talium nominum (seu distinctione attributorum) prout predicanter de Deo, innotescit nobis ex diversitate eorum in creaturis.

Vtramque vero sive nival conclusionem tradidisse mihi videtur S. Thomas in I. d. 2. q. 1. art. 3. questione 4. vbi ait: *Pluralitas nominum venit, ex hoc, quod ipse Deus nostrum intellectum excedit. Quid autem Deus excedit intellectum nostrum, est ex parte ipsum Dei, propter plenitudinem perfectionis eius, & ex parte intellectus nostri, qui deficiente se habet ad eam comprehendendam, &c.* Qui ergo dixerunt, quod pluralitas ista est tantum ex parte intellectus nostri, vel ex parte effectuum, quodammodo verum dixerunt, & quodammodo non: si enim hoc referatur ad causam multiplicationis, sic verum dicunt, quod est ex parte intellectus nostri, & effectus quodammodo, ex eo, quod intellectus noster non potest conceperre diuinam perfectionem una conceptione; sed pluribus: cuius unaratio est ex hoc, quod est effectus ad creaturas. Si autem referatur ad modum, quo iste rationes attribuuntur Deo, falsum dicunt, non enim ex hoc, quod bonas facit, vel quia ad modum bonorum se habet, bonus est: sed quia bonus est, ideo bona facit, & alia participando eius bonitatem, ad modum eius se habent. Unde si nullam creaturam fecisset, nec facturus esset, ipse in se talis esset, ut posset vere considerari secundum nomes istas conceptiones, quas habet nunc intellectus noster, ipsum considerando. Vbi expresse docet S. Thomas, causam distinguendi attributa diuina ex parte intellectus nostri, esse imperfectionem nostri intellectus, qua sit, ut perfectionem diuinam non possimus sine pluribus conceptibus concipere & intelligere; eo quod cognitionem ex rebus creatis acceptam habeamus: tamen attributa haec verè Deo conueniant, sive respectu actuali ad creaturas, &c.

Assertio III. Intellectus Dei, & beatorum, non distinguit attributa, & perfectiones diuinæ, licet eas, vt à nobis distinctas cognoscant. Primam partem expressè tradunt Capreolus in I. d. 8. q. 4. art. 3. in fin. Suarez I. p. lib. 1. de Deo cap. 13. num. 7. & lib. 4. de Trinit. cap. 4. num. 17. Vasquez I. p. tom. 2. disp. 118. cap. 2. Idemque supponit S. Thomas locis antea citatis, in quibus vbique distinctionem eam perfectionum diuinarum referit ad imperfectum nostrum intelligenti modum: Etsi contrarium sentiunt Henricus quodlib. 5. q. 1. Item Varro apud Aureolum in I. d. 8. q. 3. a. 1. Torres I. p. q. 28. a. 2. disp. 2. dub. 3. & Molina ad quest. 28. a. 2. disp. 3. conc. 5. qui docent, intellectu diuino, & beatorum.

distingui possit diuinæ perfectiones, sine ullo respectu ad creature, ac imperfectum nostrum intelligendi modum. Durandus vero in I. d. 2. q. 3. num. 20. vt & recentiores quidam, concedere videntur, Deum distinguere ratione, diuinæ perfectiones, saltem per respectum ad creature, sive ad nostrum imperfectum intelligendi modum.

Probatur assertio primum auctoritate S. Bernardi lib. 5. de consideratione ad Eugenium, vbi ait: *Visus sum protulisse plura, sed unum est: unus Deus signatus est pro caput nostro, non pro fratribus. Unius est hic, non ille; Voces dissimiles, semitemultæ, sed unum per eas significatur, unus queritur.* Et paulo post: *Nobis autem, quianon possumus cum Deo simplicitate contendere, dum contendimus apprehendere unum, occurrit velut quadruplicatum: facit hoc speculum, & enigma, per quod solum videre datur: cum autem videbimus facie ad faciem, videbimus sicuti est. Nec enim iam unius fragilis actus est nostro, quantumlibet vehementer intendens, aliquatenus resiliat, dissipatur in suam pluralitatem: colliget se magis, adunabit, conformabitque unitati illius, vel potius unitati illi, ut una uni facies respondeat facies.* Quem locum bene expendit Vasquez loc. cit.

Deinde probatur ratione. Quando enim directè vnum à parte rei simplicissimum, per unum simplicissimum concepimus, seu cognitionem, videntur, sicuti est, non est unde in eo plura ratione distinguuntur: non ex parte obiecti, quia simplicissimum est; & licet aquivaleat multis, vnum tamen esse est, quod omnibus respondet: non ex parte cognitionis; quia vna simplicissima esse ponitur; sed Deus à parte rei est vnum simplicissimum obiectum, quod Deus, & beati visione beatifica (de hac enim loquimur) vident uno simplicissimo actu, sicuti est: Ergo non est, unde per eam cognitionem in Deo plura ratione distinguuntur. Præterea ad hoc, vt per intellectum plura, in re simplicissima, ratione distinguantur, necesse est, ut eares simplex pluribus inaequatis conceptibus cognoscatur, quorum unus vnam rationem, aliis aliam rationem obiectuam cognoscat: Sed hoc est impossibile in Deo, & beatifici visione, vt dictum, Ergo, &c. Adhac si Deus, & beati visione beatifica plura attributa, & perfectiones in Deo ratione distinguenter, tunc etiam ipsi eadem illa cognitione facerent Ens rationis, cum ipsam illa distinctione rationis, sit relatio, ad coq; ens rationis: sed consequens videtur absurdum: vt Deus, & beati eiusmodi figura rationis efficiant, vt dicetur q. 8. Ergo.

Denique hoc etiam S. Thomas in I. d. 2. q. 1. art. 3. questione 4. refert quandam scripturæ locum, cum ita ait: *si intellectus noster Deum per semetipsum videret, illationem posset imponere vnam vnum, quod erit in patria.* Et ideo dicitur Zachar. ultime, In illa die erit Dominus unus, & nomen eius unus. Istud autem nomen unus non significaret bonitatem tantum, nec sapientiam tantum, aut aliiquid huiusmodi, sed significata omnium istorum includeret. Vbi tamen simul recte concedit S. Thomas, beatos extra visionem beatificam, alia cognitione, ac per plures conceptus posse plura in Deo ratione distinguere: de quo non est controversia. Id enim etiam expresse docent Ferrarensis 3. cont. gent. cap. 56. Capreolus in I. d. 27. q. 2. a. 3. & Vasquez I. p. disp. 48. num. 8.

Secundam partem assertionis expressè tradunt non solum Henricus, Torres, Molina, sed etiam S. Thomas i. p. q. 15. a. 2. ad 3. & 4. Item Capreolus, Suarez locis cit. & Vasquez ibidem cap. 3 num. 1. o. & est res adeo certa, ut non videatur posse negari. Probatur. Quia Deus intimè, & perfectissimè intuetur, imperfectum nostrum modum intelligenti, & quicquid cum eo coniunctum est. Ergo optimè etiam videt, nostro modo intelligendi attributa diuina ratione distinguui. Id feruata proportione beatis etiam potest accommodari, saltem indefinitè loquendo, & abstrahendo à modo cognitionis; quia etiam beatis nos, nostra fratre intellections etiam circa Deum intelligent, non omnes omnia; sed alias alij: sive id sicut per visionem beatificam, sive per proprias species, & reuelationes. De qua re quæst. 6. agendum.

Assertio IV. Perfectiones, & attributa diuina, propriè & formaliter non fuerunt ab æterno ratione distincta. Colligitur ex dictis præcedenti assertione; & supponunt citati pro eadem; et si contrarium sentiant Henricus, Torres, Molina, & quidam recentiores, qui concedunt etiam, Deum facere entia rationis. Ratio assertione est. Nam si fuissent ab æterno ratione distincta, aut fuissent ita distincta intellectus diuino, aut creato. Non primum; quia intellectus diuinus ea non distinguit, vt dictum. Nec secundum; quia ab æterno nullus fuit creatus intellectus, qui ea distingueret. Quanquam interim Deus ab æterno vidit, ea per intellectum humanum fore aliquando distinguenda; quod est videre, distinctionem futuram; non autem factam. Idem in simili accidit cum alijs entibus rationis, quæ propriè, & formaliter non sunt, nisi cum ab intellectu creato efficiuntur; licet eam intellectus conceptionem Deus ab æterno viderit.

Vbi etiam obseruandum discrimen inter virtutalem distinctionem, & distinctionem rationis, si formaliter, & propriè loquamus. Quia virtutalis distinctione, quæ praecise talis est, cum non sit aliqua distinctione vera, & actualis, seu formalis, sicut quod eminenter, seu virtute tale est, verè actualiter, & formaliter tale non est, significat tantum fundamentum, quod est in re ipsa ad distinctionem rationis faciendam; unde etiam est ante operationem intellectus, non minus, quam ipsum fundamentum, quod est, vt diximus, singularis eminentiæ ipsius rei, quæ unitè continet ea, quæ, in creaturis diuisa sunt. Rationis autem distinctione, cum sit actualis distinctione per rationem facta, propriè non estante operationem intellectus, vt pluribus Vasquez d. 118.

Cæterum contra has duas assertiones posteriores objeicitur primò. Deus, & beati intelligent omnem perfectionem, & rationem quidditatium, quæ est in essentia diuina. Ergo etiam intelligent in Deo rationem intellectus, & voluntatis; rationem iustitiae, & misericordie; quia hæc omnia sunt in ipso, vt superius ex S. Thoma dictum: hæc autem perfectiones distinctæ sunt; ergo intelligent eas distinctas; ac proinde ipsi attributa revera distinguishingunt.

Respondeo concedendo, Deum, & beatos hæc omnia intelligere; sed nego idcirco intelligere ut distincta (nisi per rationem nostram) aut suo intellectu distinguere; quia hæc omnia intelligunt unico simplicissimo conceptu, & vt à parte rei sunt unum

simplicissimum esse diuinum, quod omnia, & singula attributa intimè, & quidditatè includit, vt dicetur dub. seq.

Objeicitur Secundo. Qui cognoscit aliqua, vt distincta secundum rationem cuiuscunque intellectus cognoscens, is eo distinctè illa cognoscit; Ergo distinguit. Deus cognoscit attributa diuina, vt distincta cognitione nostra. Ergo distinguit.

Respondeo negando primū cōsequē. Quia aliud est habere pro obiecto distinctionē sive cognoscere distinctionē rationis ab alio facta; aliud distinguerē: sicut aliud habere pro obiecto discursū, & cognoscere illū; aliud est discurrere. Sicut ergo Deus cognoscit quidē discursus nostros, nec tamē discurrit, ita etiam cognoscit nostras distinctiones, & entia rationis, nec tamen idē sua ratione distinguit, aut facit entia rationis. Ratione enim distinguerē aliqua, non est distinctionem, aut distinctè cognoscere, sed suometer intellectu, ea, quæ à parte rei unum planè sunt, secundum rationes diuersas inadæquatè cognoscere; ita ut ab ipsa cognitione multiplici, denominari etiam res ipsa possitratione, sive secundum esse intellectum multiplex, qua ratione etiam inferius quæst. 8. dicemus, Deum et si cognoseat entia rationis, non tamen facere entia rationis.

D V B I V M . V.

An Attributa Dei positiva, sive deratione, quidditate, & conce- ptu Diuina Eſtentia.

S. Thom. i. p. q. 3. a. 6. & q. 6. a. 3. & q. 13. a. 6.
T Ameti si quidem ex dictis satis constet, attributa diuina omnia, etiam positiva, esse ratione distincta ab essentia; adhuc tamen est quæstio, annon saltem hæc in ratione, & conceptu adæquato essentiae includantur, seu ad eam quouis modo pertineant: quia etiam inter ratione distincta, unum potest esse de ratione, & conceptu alterius; sicut definitio de ratione definiti, superioris de ratione inferioris.

Quam ob causam quatuor etiam sunt Doctorum hac de re sententiae, prima absolute affirmat, eiusmodi attributa, etiam iuxta nostrum concipiendi modum, esse de essentia, & conceptu Diuinitatis. Ita Bartholomeus Torres i. p. q. 28. a. 2. disp. 2. dub. 1. Molina i. p. q. 28. art. 2. disp. 4. & disp. 6. concl. 3. & 4. Suarez i. p. lib. de Deo, cap. 11. & lib. 4. de Trinit. cap. 5. Franciscus Zumel i. p. q. 2. art. 2. d. 3. & 8. Bannes codem art. 2. alijque recentiores plures.

Citatut etiam S. Thomasq. 27. art 2 ad 3. vbi ait: In perfectione Diuini esse omnia contineri, que cunq; ad eius perfectionem pertinent. Item S. Augustinus lib. 6. de Trinit. cap 7 vbi ait: Non est ibi aliud beatum esse, & aliud magnum, aut sapientem, aut verum, aut bonum esse, aut omnino ipsum esse. Et lib. 7. de Trinit. cap. 1. Quid enim, inquit, aliud dicimus, cum dicimus, hoc est illi Esse, quod sapere, nisi eo est, quo sapiens est. Et rursus. Eadem eius magnitudo, quæ virtus, & eadem Essentia, quæ magnitudo. Et in fin. Eadem sapientia est, quæ essentia. Plura citantur à Torre ex lib. de cognitione veræ vita, sed qui exiftimatur nō esse Augustini. Similia habet Boetius lib. 2. de Trinit. & Anselmus in Monolog. cap. 6. qui docet, attributa eiusmodi substancialiter, & in quid de Deo, sive diuinitate prædicari. Rationes inferius exponentur.

Secunda

Secunda sententia negat, attributa etiam à parte rei esse de essentia Dei, sive Diuinitatis. Ita Scotus in 1. d. 8. q. 3. eum suis, quos citauimus supra dub. 2. qui non solum docent, attributa ab essentia ex natura rei distingui, sed etiam hæc, velut in passione essentia non esse de ratione essentia; cum tamen aliqui etiam in ijs, quæ ex natura rei differunt, unum possit esse de ratione alterius; ut corpus de ratione totius hominis, & secundum aliquos gradus Metaphysicus superior de ratione inferioris: & substantia de ratione corporis, aut animalis, &c.

Tertia sententia est, formaliter, ac iuxta nostrum concipiendi modum, attributa diuina etiam absolute, non esse de ratione, seu conceptu essentia diuina: quare si in propositionibus seruetur sensus formalis, de essentia in abstracto formaliter non praedicari: esto alioquin obiectiuè, & à parte rei includantur in Essentia Dei. Ita docent Alenfus 2. p. q. 49. Albertus in 1. d. 8. a. 3. & 4. Richardus d. 3. a. 2. q. 1. Ferrariensis lib. 1. cont. gent. cap. 24. Ariminiensis in 1. d. 8. q. 2. 2. 3.. Capreolus in 1. d. 8. q. 4. a. 2. rep. ad argum. 16. Aureoli, Abulensis q. 1. in cap. 6. Exodi, Caetanus in cap. 21. Genes. Vasquez 1. p. tom. 2. disp. 119. cap. 2. & significat Gregorius de Valentia q. 13. punct. 5. adeò ut haec sit communis sententia veterum Scholasticorum.

Quarta sententia est quorundam recentiorum, qui in attributis diuinis singulis distinguunt has duas rationes, nimirum rationem substantialis, sive substantialis perfectionis; & rationem propriam, ac specialem cuiusq; attributi; nimirum rationem formalem, & abstractam sapientiæ, qua præcisè sapientia est, &c. Ex his dicunt, essentiam diuinam, etiam ut à nobis concipiatur per modum naturæ substantialis, & forma constituentis Deum, qua Deus est, includere essentialiter perfectiones absolutas, quoad priorem illam rationem, perfectionis substantialis; non autem quoad propriam, ac specialem cuiusque attributrationem, quatenus nimirum attributa præcisè concipiuntur sub perfectionibus, quæ in creaturis accidunt substantiæ.

³ Assertio I. Attributa diuina omnia, & singula, identicè, & à parte rei prorsus idem sunt cum essentia diuinæ. Est certa, & communis Doctorum, neque hac de re hoc loco est quæstio; & pater ex dub. 2. vbi ex instituto oppositam Scotti sententiam, quoad distinctionem ex natura rei inter Essentiam, & attributa, refutauimus; quanquam nec Scottus neget, attributa identicè unum esse cum essentia; sicut etiam in creatis rebus, quantitas cum figura, & similitudine sedente, modi itidem intrinseci rerum cum modificatis rebus, identicè idem, ac res eadem sunt; eum strictè realiter non distinguantur.

Assertio II. Entitas obiectiuè respondens singulis attributis, est de intrinseca ratione, & conceptu Essentiæ diuinæ. Est itidem certa, & sequitur ex praecedente assertione. Cum enim attributa à parte rei idem planè sint cum essentia; non potest entitas attributis singulis obiectiuè respondens alia esse, quam ipsa entitas essentiæ diuinæ, qua proinde non potest non esse de intrinseca ratione, & conceptu essentiæ diuinæ.

Assertio III. Omnia attributa, omnesque perfectiones Dei reales absolutæ, etiam secundum pro-

prias suas rationes, obiectiuè, & à parte rei, sunt de Essentia, & quidditate ipsius Dei, ac Diuinitatis. Hæc est communis doctrina Scholasticorum contra Scotorum, & eiusdem classis supra relatos; speciatim autem hanc assertiōem tradunt Magister in 1. d. 8. Altisidorensis lib. 1. cap. 5. q. 5. Albertus in 1. d. 8. art. 3. & 4. & in sum. tract. 14. q. 57. Durandus in 1. d. 3. q. 3. num. 8. Heruēus q. 1. & 2. Ockam in 1. d. 2. q. 1. Marsilius in 1. q. 12. a. 3. Capreolus & Ferrariensis locis citatis. Caetanus de ente & essentiæ q. 12. Gregorius de Valentia, Torres, Molina, Vasquez num. 11. alijque citati pro prima, & tertia sententia.

Idem expressè docet S. Thomas, non solum in locis à Torre pro prima sententia relatis, sed etiam in pluribus alijs. Sic enim 1. p. q. 3. art. 6. sentit, attributa non praedicari de Deo per accidens, nec per se, secundo, led per se primo. & q. 6. art. 3. ait: quæ de alijs dicuntur accidentiter, Deo conueniunt essentialiter, ut esse potentem, sapientem, & alia huiusmodi. Et q. 13. non solum art. 1. ait, nomina istorum attributorum significare substantialiam Dei, dicique de Deo substantialiter, sed etiam ibidem art. 6. ait; hæc attributa praedicari essentialiter de Deo. Eadem est doctrina communis non solum S. Augustini loc. cit. sed aliorum etiam SS. Patrum. Basilius lib. de Spirit. sanct. cap. 9. ait: Cui bonitas est ipsa essentia. Gregorius Nyssenus apud Cyparissiotam decad. 10. cap. 6. Cuivis essentia sapientia est. Leo epist. 91. vel 93. ad Turibium: de Deo quidquid dignè utrumque sentitur, non qualitas est, sed essentia. Et similia plura retulimus supra dub. 2.

Probatur assertio primo. Quia in ipso Deo, à parte rei, cum sit actus purus, & ens per essentiam; vt dictum q. præced. dub. 5. nullum prorsus est accidens, nec praedicamentale, nec praedicabile, vt magis patet q. seq. at vero si attributa diuina positiva obiectiuè, & quatenus à parte rei in Deo sunt, non essent de essentia, & ratione ipsius Dei, ac Diuinitatis, essent plane in ipso Deo à parte rei quædam accidentia diuinæ nature: Ergo, &c.

⁵ Secundo. De ratione, & quidditate essentiæ diuinæ, prout obiectiuè à parte rei existit, est, intrinsecè, adeò que essentia essentialiter includere omnes perfectiones absolutas simpliciter simplices: sed attributa diuina absolute sunt quædam perfectiones absolutæ simpliciter simplices, vt magis suo loco patet. q. 4. Ergo sunt obiectiuè saltem de ratione, & quidditate essentiæ diuinæ. Maior probatur. Quia essentia diuina recipit est Ens perfectissimum, & simpliciter infinitum, in seipso intrinsecè includens omnes perfectiones modo possibili, & optimo.

Tertio. Quia iuxta oppositam Scotti sententiam, fatendum est, quidditatem attributi diuini, à parte rei non esse quidditatem essentiæ diuinæ; & è contra: hoc vero est impossibile: sic enim & plures à parte rei essent quidditates absolutæ in Deo; & necessario in Deo admittenda esset aliqua compositio ex essentia, & attributis Dei; conuenirent enim, & vniuersaliter unum aliquid, scilicet Deum, constitutum, etiam ut distinctæ quidditates à parte rei, antea omnem operationem intellectus.

Quarto. Si non essent à parte rei, vt in Deo sunt, de Essentia Dei, tum illa quidam à parte rei essent proprietates diuinam essentiam consequentes; seu

quoquo

quoquo modo ea posteriorēs, sed hoc est impossibile. Implicat enim contradictionem, quicquam absolutum in Deo esse productum, seu ipsam essentiam diuinam ullis proprietatibus re ipsa perfici: est et enim plane tunc Ens potentiale, &c. Ergo. Plura contra Scotis sententiam attulimus supra cit. dub. 2.

Affirmatio IV. Attributa sunt de ratione, & Essentia Diuinitatis, iuxta ipsum intelligendi modum Dei, ac beatorum. Ita sentiuntur citati pro præcedenti assertione. Ratio est: Quia isti vident Deum sicut est. Ergo cum à parte rei attributa sint de ratione diuinitatis, erunt etiam iuxta istorum concipiendi modum. His accedunt dicta superius dub. 4.

6 - Affirmatio V. Iuxta nostrum tamē imperfectum concipiendi modum, attributa non solum respectiva, sed etiam absolute, sunt extra conceptum essentiae diuinae; ita ut secundum eundem imperfectum concipiendi modum, in abstracto, nec essentia de attributis, nec attributa de essentia formaliter praeditantur. Ita sentio cum Auctōribus tertiae sententiae.

Pro cuius declaratione obseruandum, aliam Deum, ac beatos, de substantia, sive Essē diuino, notitiam habere; aliam nos viatores. Illi enim propriam, & velut adaequatam esse diuini notitiam habent; idque per proprios, non alienos, seu analogicos conceptus intelligunt. Quo sit, vt vno simplici intuitu totum illud Essē quodammodo exhaustum, nulla penitus facta distinctione Essentiae, personalitatis, relationum, aliorumque attributorum, in Deo, ab ipsa essentia, vt dictum dub. 4. Nos vero quamdiu, Deum, vt est in se, non intuemur, res diuinas non intelligimus, nisi conceptibus communibus à creaturis abstractis, ac per analogiam ad res creates; ideoque necessariō vnicum illud, & simplicissimum Essē ratione nostra, per varios conceptus, ad similitudinem rerum creatarum, distinguimus, non quidem errore aliquo intellectus, cogitantes, seu affirmantes, esse distincta, quæ non sunt distincta; sed abstractio præcisionis; dum vnum cogitamus, Deoque tribuum, aliud eidem per notitiam nostram, seu eundem illum conceptum formaliter non tribuendo. Sic ergo Deum ipsum in se concipimus, velut substantiam viuentem, intelligentem, spiritualem, incretam, seu velut Ens, quod est à se, super omnia existens; quodque est intrinseca vi principium omnium, & remotorum ab omnibus, iuxta S. Thomam q. 13. a. 8. & 2. & ea, quæ diximus quæst. præced. dub. 5. Ipsam verò essentiam in abstracto concipimus, veluti formam completam, non formabilem, omni alia natura superiorē, attributa verò, vt perfectiones substantiales quidem, & diuinae naturae conaturaliter debitas; at non essentiales, sed essentia secundum rationem quodammodo posteriores. Quo circa etiam ex conceptu essentiae diuinae attributa, & in his vnumattributum ex altero demonstramus. Relationes deniq; seu proprietates personales concipimus, quasi modos quoq; substantiales ipsius essentiae; non quod tales à parte rei sint; verè scilicet perficientes naturam, sed quod instar talium seu proprietatum seu modorum à nobis concipientur, omni imperfectione seclusa.

7 - Quibus positis, probatur assertio primum auctōritate. Nam vniuersim attributa, iuxta nostrum con-

cipiendi modum esse, vel potius concepi, extra essentiam Dei, indicat S. Dionysius lib. de myst. Theolog. cap. 1. vbi de natura Diuina ait: cum ipsa extimanda sit multo prior, & antiquior priuationibus, cum omni & negationi, & affirmationi antecellat. Et ibidem cap. 5. ait: pro fitur, nec esse, eius affirmationem omnino nec negationem; sed eorum, quæ illa sequuntur, affirmations, negationes facientes, &c. Idem clarissimus Basilius lib. 1. cont. Eunomium, vbi ait, nomina attributorum ponere aliquid eorum, quæ Deo insunt, & circa eum inspiciuntur. Similia habet Gregorius Nyssenus lib. de Trinit. sub finem.

Idem tradit S. Damascenus lib. 1. de fid c 4. vbi ait: quæcumq; per Theologiam affirmatiua de Deo dicimus, non naturæ eius, sed ea, quæ sunt circa naturam, insinuantur. Nam et fibrum, si ipsum, si sapientia, si quidvis aliud dixerit, non naturam dicit Dei, sed ea, quæ circa naturam. Et eodem lib. 1. cap. 12. Par est agitur, inquit, unumquodq; eorum, quæ deo dicuntur, non quid est secundum substantiam arbitrii significare, sed quid non est, ostendere; aut habitudinem quandam ad aliquid eorum, quæ ab eo distinguntur, aut eorum, quæ a sequuntur naturam, aut operationem. Haec tenus Damascenus. Quod tamen adeo vniuersim ab eo pronunciatum, etiam de ipsis nominibus Dei, & similibus, an & quarta ratione admittendum sit, inferius, q. 6. dicetur.

Interim Damascenum priori assertione minimè aduersari, sed eidem potius etiam astipulari, ipsiusmet ibidem lib. 1. cap. 12. fatus declarat, dum de Deo ait: Totum enim in se ipso comprehendens, habet ipsum Essē, veluti quoddam pelagus substantiae infinitum, & interminatum. Et initio eiusdem capituli: Deus, inquit, simplex est & incompositus; quod autem ex multi, & differentiis coalescit, compositum est: figuratur in creatum, non initiatum (sive initij expers) incorporeum, immortale, aeternum, bonum, conditorem, & id genus substantiales differentias, differentesq; substantias dixerimus in Deo, ex tot coalitum, minime simplex erit, sed compositum, quod quidem extrema impietas est. Idem quod de attributis substantiis has assertione dictum, de relationibus, seu attributis relatiuis, multo frequentius testantur SS. Patres. S. Augustinus lib. 5. de Trinit. cap. 6. ait: Relationes non praedicari de Deo, secundum substantiam, neq; etiam secundum accidentem, &c. vt suo loco pluribus dicetur.

Ratio generalis assertionis sumitur ex dictis. Quia singula ista, propter imperfectum nostrum concipiendi modum, quo diuina cognoscimus, habent in nobis conceptus formales distinctos; quorum vnu non includit aliū, vt dictum. Obijces primo Non est maior ratio, cur in conceptu formalis Essentiae diuinae includatur existentia, quam cætera attributa diuina, vt sapientia, potentia, &c. Ergo si hæc non includuntur, nec existentia in conceptu formalis Essentiae includetur; contra ea, quæ dicta sunt assertione prima.

Respondeo negando assumptum. Tum quia existentia non addit ad essentiam aliū conceptum, seu rationem formalem, præter actualitatem, quæ in Essentia diuina non potest non includi. Tum quia si existentia diuina cum Essentia idem esset solum identic, formaliter autem in ea non includeretur, iam eo ipso abesse posset ab Essentia: sicuti à rebus creatis, eorumque essentij

a bess

abesse potest, tametsi cum illis identicē, ac realiter idem sit, ut ex veriori supponimus, & dicetur quāst. seq. dub. 1. Non ita quidem, ut tam essentia rei creatae, quam eius existentia, seorsim ac separatim, unaquaque actuelle possit: sed quia existentia rei perire potest, essentia rei secundum se abstracte spectata non pereunte.

9 Obiecit secundo. Si Essentia diuina in suo conceptu non includit etiam formaliter attributa, sequitur, Essentiam diuinam, ut sic formaliter, non esse vere infinitam, aut saltem non concipi à nobis infinitam: cum vt sic non habeat, nec includat omnes perfectiones simplices, siue possibles in ente, simpliciter infinito: consequens est absurdum.

Respondeo. Auroloquimur de perfectionibus diuinis secundum Esse, quod habent à parte rei, & hic cessat disputatio; non enim sunt plures respectu essentiae, seu vt cum ipsa identificantur, sed vna simplicissima Entitas, & quidditas, & perfectio; quæ procul dubio omni modo est infinita, obiectuē & à partere iincludens modo perfectissimo omnes perfectiones simplices, & possibles in ente infinito & vnde aquaque perfectissimo.

Aut loquimur de Essentia, & perfectionibus diuinis, prout à nobis intelliguntur, & ratione distinguuntur; & sic necesse non est, singulas esse, seu potius apprehendi infinitas, in omni ratione entis possibilis, in Deo, iuxta eundem nostrum concipiendi modum; sed infinitas secundum eam tantum rationem Entis, sub qua formaliter apprehenduntur, ut etiam in simili bene respōdet Suarez lib. 3. c. 10 n. 8.

Qua ratione essentia diuina à nobis formaliter concipitur, vt immensus, & infinitus fons, & origo infinite perfectionis, etiam attributalis: Sapientia vero, vt scientia infinita, omni termino & fine carens, ex parte obiecti intelligibilis, ipsiusque modi intelligendi: voluntas autem, vt vis infinita volendi tam ex parte obiecti voliti, quam ex modo volendi: potentia, seu virtus operativa ad extra infinita, tum ex parte obiecti operabilis seu possibilis, tum ex modo & ratione operandi; & sic de ceteris.

10 Neque satis est, vt dicamus, de ratione essentiae esse, attributa diuina, etiam iuxta nostrum concipiendi modum, quod ex uno attributo diuino, seu Essentia ipsa, siue etiam Entitate obiectiuē respondente cuilibet perfectioni diuinæ, cetera omnes Dei perfectiones inferri possint; aut quod ipsa entitas diuina, quolibet attributo formaliter significata, reipsa omnem perfectionem includat; cum etiam in rebus creatis attributa colligantur ex essentijs, & nonnunquam cum Essentia rei identificantur, vt figura cum quantitate, & secundum aliquos potentiae animæ cum ipsa anima: sed videndum, sub qua ratione entitas ipsa diuina formaliter, hoc vel illo attributi nomine significetur. Si enim sub certa quadam, & contracta solum ratione perfectionis, siue attributi alicuius, nostro concipiendi modo significetur, tunc eti quidem ipsa obiectiuē simpliciter in omni genere entis sit infinita, nostra tamen concipiendi ratione formaliter non erit eo modo infinita, sed infinita solum secundum certam rationem huius, vel illius perfectionis, siue attributi, modo explicato.

Obiecit tertio. Si attributa non sunt deratio-

ne, & formalis conceptu Essentia, sequitur esse vnum cum Essentia solum identicē, eomodo; quo in rebus creatis essentia & existentia, quantitas & figura vnum sunt identicē: consequens est falsum, quia in his existentia potest abesse ab essentia; vti & figura à quantitate.

Respondeo, negando sequelam, ob eam ipsam causam, qua obiecta fuit. Quia attributa ita cum essentia diuina identificantur, vt sic: Essentia diuina ex sua ratione essentia, qua talis est, etiam nostro concipiendi modo, sit quasi fons necessarius, & essentialis attributorum, adeoque immutabili, & absoluta necessitate sibi, etiam iuxta nostrum concipiendi modum, adiungi depositat attributa ipsa diuina: quod tamen de existentia ad diuinam essentiam comparatā dici non potest: nam si in quocunq; rationis signo concipiamus Essentiam sine existentia, impossibile est, vt ab ea secundum rationem nostram quasi emanet existentia; cum non ens non possit vla ratione esse fons entis, seu existentiae, vt superius argumentatissimus quāst. I. dub. 5. Accedit quod attributa diuina sunt de ratione, & conceptu Essentia diuinæ obiectiuē, siue prout & à parte rei existit, & à beatis, ac ipso Deo cognoscitur, vt in Assertione 2. & 4. dictum.

Obiecit Quarto. Eo ipso, quod nos Diuinitatem ita constitutam esse cognoscimus, vt de eius essentia reipsa etiam sint attributa, vt dictum, sequitur hæc esse de ratione essentiae, etiam iuxta nostrum concipiendi modum.

Respondeo distinguendo sequelam. Sunt enim quidem, etiam iuxta nostrum concipiendi modum, attributa de ratione essentiae obiectiuē, videtur, sed non secundum eum conceptum formalem imperfectum, & inadæquatum, quem nos de Essentia formamus.

Obiecit quinto. Nostra notitia, & concipiendi ratio, debet conformis esse obiecto, saltem ex parte rei cognitæ; aut non est vera: sed non potest dici conformis obiecto cognito, si ita essentiam diuinam apprehendat, & declarat, vt attributa non sint de conceptu Essentia, cum tamen obiectiuē sint de essentia; sicuti quia rationale est de essentia hominis, falsus est ille conceptus formalis, & essentialis hominis, quo non includeretur etiam rationale: neque adeo etiam rectè diceretur rationale, vel quicquam aliud non esse de Essentia, & ratione hominis, iuxta nostrum concipiendi modum, quod tamen obiectiuē est de ratione, & essentia hominis.

Respondeo ex mente S. Thomæ I. p. q. 13. art. 12. ad 3. maiorem hoc solum sensu veram esse; vt ne nostra notitia, aut attribuamus rei, quod ei non conuenit, aut denegemus ei, quod ipsi conuenit, aut omnino etiam sub falso quipiam, & repugnante ratione, quæ rei non conuenit, rem apprehendamus, v. g. apprehendendo Deum, corpus, &c. Non est autem vera maior, quasi positivæ, hoc sensu, quod notitia nostra, & concipiendi ratio, debeat semper totum, quod obiectiuē rei alicui, siue essentiae rei alicuius conuenit, apprehendere & exprimere, alioquin enim nullus erit locus siue abstractionibus, siue conceptioni imperfectæ, & inadæquate rebus cognitis, earumque essentijs.

Neq; exemplum illud ad propositum facit. Quia

cum

cum nos habeamus proprium, & adaequatum conceptum essentiae hominis; nec vero etiam possumus ullum proprium, formalem, & essentiale conceptum hominis formare, quo non includatur rationale; nec denique sit ullum fundamentum, propriam essentiam hominis absque propria differentia concipiendi, non possumus negare rationale esse de ratione, & conceptu hominis, etiam juxta nostrum concipiendi modum. Secus se res habet cum Essentia diuina, quam nec adaequate intelligimus; & in qua id ipsum, quod intelligimus, imperfecte intelligimus, ac per analogiam solam ad res creatas; quaque etiam sine formali conceptu attributorum a nobis, qualiter est, concipi potest; & in qua denique, iuxta imperfectum nostrum concipiendi modum, est fundamentum concipiendi Essentiam sine attributis; eo quod attributa concipiuntur per modum passionum, quae in rebus creatis recipiuntur, extra essentias ipsarum: hoc enim sufficit, ut saltem ratione nostra, non solum attributa ab Essentia diuinam distinguamus, sed etiam ita concipiamus diuinam Essentiam, ut in eo conceptu attributa non includantur, licet reuera obiectiuem, & à parte rei sint de Essentia.

DVBIVM VI.

Vtrum Essentia diuina sit de ratione Attributorum; & hoc omnia, & singula de ratione uniuscuiusq; eorum.

S. Thomas I. p. q. 13. a. 4.

I N hac readem est sententiarum varietas, quam in praecedente dubio retulimus. Primo enim Scotus vna cum suis affectis negat, attributa etiam à parte rei aut includere essentiam; (sicut nec proprietates rei includunt essentiam, nec ea includuntur) aut se inuicem.

Secundo alij docent, attributa omnia, & singula, etiam nostro concipiendi modo, includere, & essentiam, & se mutuo. Ita expressè Torres cit. I. q. 28. a. 2. disp. 2. dub. vlt. Molina eod. a. 2. disp. 4. Barnes, & Zumelbider, Suarez lib. 1. de Deo cap. 12. & 13. qui docent, attributa quidem absoluta non tantum includi in conceptu Essentiae, sed etiam vicissim in suo conceptu includere essentiam, tandemque proinde eam ratione attributorum inter se; ita ut quolibet respectu alterius sit quasi transcendens, nec viuum possit definiri perfecte, nisi cætera omnia in definitione ponantur, imo ut loquitur Molina disp. 4. Cetera snt raro, & essentia cuiusque aliorum; ac proinde quolibet de quolibet formaliter etiam in abstracto prædictetur. Idem de diuina Essentia, quod scilicet in ratione formaliter attributorum singulorum includatur, docent Henricus in sum. art. 32. q. 4. Arminensis in I. d. 8. q. 2. a. 2. Maior q. 1. Aureolus d. q. 5. q. viii a. 3.

Tertio alij communiter docent, re ipsa quidem attributa singula includere tam essentiam, quam attributa cætera omnia, at nostro tam eni concipiendi modo, non item.

Assertio I. Attributa omnia, & singula obiectiuem, & à parte rei essentialiter includunt essentiam diuinam. Ita communis Doctorum, quos pro secunda sententia citauimus, quibus accedunt Capreolus in I. dist. 8. q. 4. a. 2. Marsilius in I. q. 12. art. 3. Ockam. in I. d. 2. q. 2. Gabriel. d. 2. q. 1. art. 2. & alij. Idenque significat S. Thomas. locis cit. dub. præced. Probatur. Attributa enim singula essentialiter sunt entitates increatae, ut omnes latentur; sed re ipsa non est alia entitas increata, quam ipsa essentia diuina, ex dictis dub. præced. & infra q. seq. dub. 1. Ergo attributa singula re ipsa essentialiter sunt ipsa essentia diuina; ac proinde hæc re ipsa est de essentia singulorum.

Assertio II. Attributa diuina singula obiectiuem, & à parte rei essentialiter includunt cætera attributa omnia. Ita præter citatos pro secunda sententia, docent Durandus in I. d. 2. q. 2. num. 7. Hieronimus quodlibet 3. q. 3. Ockam, & Gabriel locis citatis. Qui duo dicunt attributa ita esse idem cum alijs, ut cum seipsis, &c. Probatur. Quia omnia attributa diuina re ipsa includuntur in essentia, ut dictum dub. præced. ac rursus essentia diuina includitur in attributis omnibus, & singulis ex assert. præced. Ergo & attributa omnia, & singula includuntur in attributis omnibus & singulis. Consequentia patet. Quia, quicquid includit aliquid, in quo includuntur plura, id ipsum includit etiam hæc plura. Vtramque assertionem sèpè tradunt SS. Patres, ut colligi potest ex his, quæ retulimus dub. præced. & supra dub. 2.

Eadsdem pluribus confirmat Gillius lib. 2. tract. I. cap. I. qui tam en. num. 8. & 12. rectè notat, magis propriè dici in Deo esse vnicam rationem essentiam, significatam inadæquatè nominibus singularum perfectionum, eamque secundum se, & prout abstrahit ab hoc velillo nomine, essentialiter esse omnem perfectionem, quæ attributa, & perfectiones diuinas se mutuo includere; quia haec ipsa inclusio iam supponit distinctionem earūdem: quia vbi non est propriè distinctio, nec propriè etiam inclusio esse potest: prout verò attributa ratione nostrâ distinguuntur, se mutuo non includunt, ut dicemus.

Assertio III. Attributa diuina, secundum imperfectum nostrum concipiendi modum, Essentiam formaliter non includunt. Ita Albertus in I. d. 8. art. 3. & 4. Alensis I. p. q. 49. & q. 5. I. m. 1. Richardus d. 3. a. 2. q. 1. Capreolus d. 8. q. 4. a. 2. Egidius d. 2. p. 1. q. 3. a. 2. Vafquez I. p. disp. 119. c. 2. Gillius lib. 2. tract. 2. cap. 7. num. 7. Probatur. Quia tametsi quidem attributa positiva singula formaliter, ac nostro etiam modo concipiendi, dicant rationem substantię diuine, ut dicetur q. 7. non tamen rationem essentiae, sed potius, iuxta communem notionem attributi ab omnibus concessam, dub. I. rationem quasi proprietatis, ratione nostra in Essentia radicata; ita ut proinde etiam singula, quatenus formaliter ab essentia diuina ratione nostra distinguuntur, vendicent sibi infinitam perfectionem, non simpliciter, sed in suo genere, ut sapius dictum, præfertim dub. 3. & 5. Alias, iuxta eundem nostrum concipiendi modum, attributa includerent rationes pugnantes, nimurum & rationem essentiae, & rationem proprietatis quasi superadditæ ad essentiam. Idem sentiunt SS. Patres, qui docent, attributa non signifi-

significare ipsam essentiam, sed aliquid circa ipsam essentiam, quos retulimus dub praeceps.

Affertio IV. Attributa diuina, secundum imperfectum nostrum concipiendi modum, non includunt formaliter se mutuo. Ita S. Thomas opuscul. 72, resp. ad q. 4. & 1. p. q. 13. a. 4. & lib. 1. cont. gent. cap. 35. Bonaventura in 1. d. 8. a. 1. quest. 1. Albertus, Richardus, Capreolus locis citatis, Gregorius de Valentia 1. p. q. 13. p. 5. Vazquez cit. disput. 119. c. 2. Gillius lib. 2. Tract. 1. cap. 8. num. 4. qui recte notat, hanc esse communem sententiam verorum Theologorum.

Probatur affertio ex dictis supra dub. 3. & 5. Primo. Quia attributa diuina singula id solum formaliter, secundum imperfectum nostrum concipiendi modum, includunt, quod exprimitur conceptu formalis, quem sub nomine cuiusque attributi deo formamus: at vero conceptus formales cuiusque attributi, cum sint à rebus creatis desumpti, non exprimunt omnes alias aliorum attributorum perfectiones, sed tantum singulas singulis; quales nempe sub eodem nomine formaliter, in rebus creatis, respondent ipsi diuinis perfectionibus: Ergo attributa formaliter, iuxta imperfectum nostrum concipiendi modum, non includunt omnes omnium attributorum perfectiones, sed solum propriam singula.

Secundo. Si attributa omnia, & singula, etiam iuxta nostrum concipiendi modum, essent de ratione intrinseca vniuersitatis, tunc & nomina attributorum omnia essent synonyma; nec etiam analogice quidem Deo, & creaturis essent communia: Vtrumque est absurdum: Ergo, &c. Sequela maiori probatur. Quia nomina attributorum significant formaliter id, quod nostro concipiendi modo est de ratione, & essentia vniuersitatis attributi; Ergo si nostro etiam concipiendi modo, attributa omnia sunt de ratione singulorum, nomina attributorum singulorum formaliter significabunt omnia attributa: esto aliquin ex comuni notione, & prima impositione, ea omnia non significent; quod non obstat synonymie. Satis enim est, quod ex usu, & accommodatione ad hanc materiam diuinam, eandem planè significantem habeant; quia in significatiō nominum non attenditur unde, sed ad quid significandum formaliter usurpentur. Vocabulum enim Hebraicum, ελ, & Græcum θεος, & Latinum Deus, sunt synonyma, licet primum à fortitudine, secundum ab intuitione, tertium à dando appellationem sortiantur. Neque propterea, quod ex yis, & etymologia nominis, magis aperi Hebraicum quidem fortitudinem, Græcum prouidentiam, Latinum beneficentiam significant, idcirco ea nomina, definit esse synonyma. Quod si formaliter, & directe singula nomina attributorum significant omnia attributa; Ergo nec analogice sunt communia creaturis: quandoquidem significatio talis nominis, sapientia v. g. qua formaliter significatur bonitas, iustitia, misericordia, &c. nec analogice quidem communis est creaturis.

Alia ratio est nominis concreti, & abstracti, v. g. Dei, & Deitatis, definitionis, & definiti; quia concretum haber duplex significatum, materiale, & formale; quale non haber abstractum: Definitio sub

duplici conceptu significat; definitum sub uno: at vero simplicia nomina abstracta, si informali significatu nō differunt, nullo modo possunt differre: nam quod explicitè unum magis, quam alterum significare dicuntur, si directè aliquin, & ex mente, ac uso loquendi, aequo directè omnia significant, solam diversitatem indicat ex parte Etymi, seu primæ impositionis vniuersitatis nominis, non ex parte significacionis, aut proprii modi significandi, quem hic, & nunc, seu in tali materia habent: quæ diversitas significandi non obstat synonymie, ut dictum.

Neque vero attributa diuina tantum distinguuntur ratione, sicut abstractum à concreto eiusdem forme, aut sicut definitionem à definito; aut sicut transcendens ab ente particulari, sed planè vt formas, seu perfectiones formaliter distinctas.

Quis enim cogitans de sapientia diuina, simul habet conceptum iustitie, aut huius conceptum existimat, esse velut prioris explicacionem, vel conceptum transcendentalis, aut aliquid huiusmodi?

Eadem est doctrina SS. Patrum; nominatum S. Bernardi, quem citauimus dub. 4. & Basilij lib. 1. cont. Eunomium: *Quæ contra (nomina diuina) si ad unum tendunt significatum, necesse est, vt inter se idem valeant, sicut sit in multis oīis; sicuti cum Simonem, Petrum, Cepham, eindem dicimus: quare si quis audit inalterabilem esse Deum, ad innascibilitatem subducetur, & qui audit impossibilem, ad creandi virtutem defereatur; quæ confusione quid unquam absurdius fiet, quam si cum propriam cuiusque nominis potestatem abstuleris, contra communem consuetudinem & doctrinam spiritu leges posas? Qui autem aliter quandoque locutividentur, iuxta sensum primæ, & secundæ assertiois accipiendi sunt.*

Quæ vero contra has duas posteriores assertiones, objici possunt, soluta sunt dubio præcedenti: Vnum solum adhuc superest. Nam substantia in Deo formaliter est essentia: Attributa formaliter includunt substantiam: Ergo formaliter etiam essentiam. Respondetur maiorem esse falsam, si universaliter accipiatur, vt debet. Substantia enim in Deo non tantum formaliter est essentia; sed etiam suppositum, item relatio, & attributum ac prædicatum quodlibet Deo intrinsecum, vt dicetur dub. 7. Ergo etiam si attributa formaliter includant rationem substantię, non tamen rationem Essentię.

D V B I V M VII.

An, & quare ratione attributa tam de diuina essentia, quam hec de illis, atq; etiam illa de semutuo prædicari possint, etiam in abstracto.

S. Thomas 1. p. q. 13. a. 3. & 12.

P. Osser quidē hec dubitatio differri ad questionem septimam, vbi agitur de diuinis nominibus; sed quia in identitate, & distinctione diuinorum attributorum fundatur; ac prædicari etiam propriè non tam est nominum, quam rerum, idcirco recte hoc loco expenditur.

Notandum autem attributa diuina vel compara-

ri posse cum Deo, seu essentia divina, vel ad se inuicem. & virumque horum vario prædicatio-
nis modo; nimirum ut vel concreta de concretis,
vel de concretis abstracta, vel de abstractis
concreta, vel abstracta de abstractis prædicentur;
idque vel in sensu identico solum, vel formaliter, vel
etiam reduplicatiue. Et quamvis tum in hac ipsa
materia, ubi de terminis diuinis agitur, tum etiam in
materia creata, non vsquequaq; conueniant Authors,
quænam propositiones vniuersim sint verae in
sensu formalis, quænam in sensu solum identico;
consectari tamen studebimus probabiliora.

Assertio I. In diuinis concreta, tam absoluua, quam
connotatiua, de concretis absoluuis vero, & formalis
sensu prædicantur. Ita S. Thomas q. 13. a. 3. & 12 &
communis Scholasticorum. Exempla sunt, Deus est
ens per se; est substantia intellectiva; est Spiritus; est
omnipotens, bonus, iustus, misericors; ut de prædi-
catis relativis, hoc loco faciem. Ratio est: Quia signifi-
catum nominis concreti, tam formale, quam mate-
riale vere conuenit subiecto concreto, & unum est
cum illo; nec tamen nomina ipsa, ut supponimus,
plane sunt synonyma: Ergo vere & formaliter etiam sensu
concreta de concretis absoluitis, sive substantiis præ-
dicantur; & quidem etiam directe: scilicet quando de
connotatiis, & adiectiis prædicantur concreta absoluua.
v.g. Omnipotens est Deus, vel omniscius est
spiritus; tunc enim quia id, quod se habet quasi per-
modum formæ, subiectur; id vero quod se habet per
modum quasi subiecti, prædicatur, propositiones si-
unt indirectæ. An vero istæ, omniscius est omni-
potens, & similes, in quibus adiecta de adiectiis præ-
dicantur, sint directæ, & naturales, an preternatu-
rales, disputant in simili Dialectici de illis propo-
sitionibus. Album est dulce, dulce est album.

Nec his obstat S. Dionysius c. 12 de cel. hierarchia,
vbi dicit, negationes in diuinis esse veras; affirmatio-
nes autem in comparatis, sive incomparatis, vel ut habet
melior versio, inconvenientes ineffabilium obscuritati;
græcè οὐ καλός αἰράποσοι τὴν πρωτοτητὴν ἀ-
μηντον. Id enim intelligendum, non de re si-
gnificata, sed de modo significandi; sive quoad ter-
minos simplices, qui etiæ analogice tantum Deo con-
ueniant, & in modo significandi, tam secundum rationem abstracti, quam concreti, aliquo modo defi-
cient; hic consignificando quasi compositionem, il-
lic non significando subsistentia perfectionem; non
exprimit diuina sicuti sunt: sive quoad proposi-
tiones, inuolentes compositionem concomitan-
ter ex parte nostri intellectus, non significatiæ ex
parte obiecti: significamus enim ita nos quidem di-
uina cōponendo, sed non significamus eipsoa à parte
rei esse composita. Atq; ita etiam fererem respondent S.
Thomas in 1.d. 4.q. 2.a. 1.ad 2. & q. 13 art. 3.ad 2. &
a. 12.ad 1. & Ferrariensis lib. cont. gent. c. 3. & calij.

Assertio II. De concretis absoluitis connotatiua,
voce quidem tenuis, seu quo ad modum significandi,
prædicantur in quale; re ipsa tamen in quid. Prior pars
pater ex dub. 5. assert. 5. Quia prædicantur adiectiæ, &
quidem instar passionum. Posteriorum tradit S.
Thomas q. 6. a. 3. & q. 13. a. 6. & apertissim Alensis 1.
part. q. 48. memb. 4. a. 2. Ockam in 1.d. 3. 5. q. 1. Ra-
tio est. Quia in Deo re ipsa idem est concretum, &
& abstractum; sed abstractum nominis connotatiui-

prædicatur in Quid; ergo ego etiam concretum.
Quaratione etiam sensus huiusmodi prædicationis,
cum Deus dicitur iustus, sapiens, &c. propriè non
est, Deus est habens iustitiam, sapientiam, sed est ex-
istens ipsa iustitia, ipsa sapientia; ut post Ansolum
in Monolog. cap. 16. notauit Ockam loco cit.

Assertio III. In diuinis, de concretis absoluitis ve-
re etiam prædicantur attributa, aliaeque perfectiones
in abstracto; dicendo, Deus, sive Ens primum, &c.
est sapientia, iustitia, diuinitas, sive essentia, existen-
tia, &c. Ita S. Thomas in 1.p. q. 3. a. 3. & 3. p. q. 17.
art. 1. & communis Doctorū, quicquid dixerit Hen-
ricus Gandavensis in sum. art. 75. q. 2. quameritam
contra Gilbertum fuisse definitam, referunt S. Ber-
nardus serm. 80 in Cant. & Otho Friburgensis lib. 1.
hist. 1. cap. 57 & pluribus declarat Gab. Vasquez 1.
p. tom. 2. disp. 120. cap. 2. Eodem modo sèpe lo-
quuntur SS. Patres, & ipsa Scriptura, ut dicetur q. seq.
dub. 1. Ratio est: Quia in Deo, cum sit ens simplicissimum,
& actus purus non differunt concreta,
& abstracta; & si in creaturis transcendentia ab-
stracta vere prædicantur de concretis, dicendo ens
est entitas, cur non etiam in Deo abstracta qualibet
de concreta?

Assertio IV. Eiusmodi propositiones, in quibus
prædicantur abstracta de Deo in concreto, secundum
imperfectum nostrum modum concipiendi,
sunt verae in sensu identico, non formaliter; nisi que-
dam ex propria, & speciali ratione possint etiam for-
maliter de concretis prædicari. Posterior est ex men-
te omnium. Necro enim dubitat, quia transcendentia,
ijsque similia, de Deo, sensu formaliter prædi-
centur, etiam in abstracto, ut, Deus est entitas, est ac-
tus purus, &c. cum id in rebus etiam creatis locum
habeat. Priorem partem de perfectionibus saltem
attributis, tradit etiam Gillius lib. 2 tract. 7. cap.
14. num. 13. de omnibus autem ita à posteriori sentit
Henricus loc. cit. Probat. Quia secundum nos-
trum concipiendi modum, differunt etiam in Deo
concretum & abstractum, quod illud, v.g. Deus, ap-
perte connotet etiam suppositum; abstractum, ut
Deitas, non item; quo sit, ut concreta se habeant
veluti tota, hæc veluti partes: pars autem per
modum partis de toto sensu formaliter non prædicatur.
Accedit quod alias valeret hæc illatio: Deus gene-
rat: Deus est Deitas; ergo Deitas generat; cum
tamen maior sit de fide; conclusio contra fidem ex
cap. Damnamus, de summa Trinit. & fid. Cathol.
Denique propositio illa, Deus est Deitas, nostro mo-
do concipiendi habet se quoad significationem for-
malem, sicut ista, homo est humanitas; quæ non est
vera sensu formaliter.

Nec obstant SS. Patres, quando abstracta de Deo
magis propriè significant prædicari, quam concreta;
in quibus S. Bernardus serm. 80, in Cantica: si quid,
inquit, de Deo propriè dici posset, rectius, congruentia q. di-
cetur, Deus est magnitudo, bonitas, iustitia, sapientia, quam
Deus est magnus, bonus, iustus, aut sapient. Et infra contra
Gilbertum ait: sed verius, sanctius q. per contrarium ita di-
xisset; pater est verus, id est, veritas, &c. quæ nimirum,
ut Gilbertus dixerat, pater est veritas, id est, verus. Id
enim verū quid est, ex parte idētitatis significare per
propositionem; plenius enim, & perfectius significa-
tur illa identitas, de qua tunc erat controversia, per
nomina.

nomina abstracta, quam concreta; sed non ex parte reformatiter utrisque terminis significat. Alioquin iuxta nostrum concipiendi modum magis formalis est hec propositio, Deus est paternitas, quam Deus est pater; Deus est intellectio, quam Deus est intelligens; quod non est concedendum.

Affertio V. In Deo vere etiam praedicantur de abstractis concreta; dicendo, diuinitas, seu diuina essentia est Deus; sapientia, seu iustitia diuina est Deus, est sapiens, est omnipotens. Est communis Doctorum, contra Henricum Gaudensem loc. cit. & contra Gilbertum, definita in Concilio Rhemensi can. 1. vt refert Otho Frisingensis lib. 1. de rebus gestis Friderici cap. 57. vbi dicitur: *Credimus, & confitemur simplicem naturam Diuinitatis esse Deum, nec a liquo sensu catholicis posse negari, qui diuinitas sit Deus, & Deus diuinitas:* Esto non omnes alioqui canoness eius concilii sint de fide, vt refert Otho ibidem. Eodem modo loquuntur SS. Patres. Ratio est, quia haec omnia sunt unum identice.

Affertio VI. Iusmodi propositiones, iuxta nostrum concipiendi modum, videntur esse solum verae in sensu identico, non formaliter: nisi quando praedicata concreta talia sunt, vt ex propria loatione de eiusmodi quibusdam abstractis vere ac formaliter predicentur. Posterior pars huius affertionis est communis: quia omnes concedunt, praedicata, saltem transcendentalia, posse de abstractis quibuslibet sensu formaliter praedicari, etiam in concreto; v.g. Deitas, aut bonitas diuina sunt Ens; & quidni etiam diuinum, &c.

Sed & ob eandem causam, existimo de Essentia diuina similiter praedicari etiam quod sit spiritus, viuens, substantia; item quod sit sapiens, iusta, potens, & eterna, & cetera attributa: quia haec, aut similia praedicata non postulant verum suppositum, & recte etiam praedicantur de anima rationali, quanto magis de natura diuina, que secundum nostram etiam rationem recte concipitur affecta eiusmodi perfectionibus attributorum.

Secus est, quando de abstractis praedicantur concreta quædam, qua suppositum inveniuntur, vt Deitas, vel iustitia est Deus: hoc enim nomen, saltem in confuso, connotat suppositum, vt suo loco dicetur. Talia sunt etiam, Deitas est creator, & persona diuina; quia haec concreta respectu Deitatis, & aliorum abstractorum, habent se iuxta nostrum concipiendi modum, veluti tota ad partes, de quibus totum in sensu formaliter non praedicatur. Secus est etiam, cum dicatur, sapientia est sapiens, iustitia diuina est iusta; quia haec significant aliquid affectum sapientia, vel iustitia; quod de sapientia, & iustitia diuina non magis dici potest, quam de sapientia, & iustitia humana. Secus item est, quando de abstractis attributorum perfectiones disparatae in concreto praedicantur: vt iustitia est misericors; misericordia est iusta; nisi forte solum ab operatione fiat quasi extrinseca denominatio, ita vt iustitia diuina operationes dicantur contemporanea misericordia.

Ex quibus etiam pater prior pars assertionis. Neque enim praedicatio vera in sensu formaliter consistit, aut fundatur in sola connexione formalis significati cum subiecto; nec adeo vniuersum est talis, quando formale significatum praedicati habet se per mo-

dum quasi formæ respectu subiecti, aut est idem cum subiecto; sed plura alia requiruntur, vt dictum. Alioquin haec propositiones erant verae in sensu formaliter; essentia diuina est sapientia, est suppositum, aut quantitas est figura; sessio est sedens. Accedit i quod si in sensu formaliter vera est hec propositio, Deitas est Deus, tum valereth sic syllogismus, Deus est homo; Deitas est Deus; Ergo Deitas est homo.

Sed contra hanc assertione Vasquez 1. p. tom. 2. disput. 136, num. 12. indicat, hanc propositionem, Deitas est sapiens, solum esse veram sensu identico: è contrario non nemo ex recentioribus existimat, eiusmodi prædications esse veras etiam in sensu formaliter, quando concreta aut praedicantur de suis abstractis, v.g. Deus de Deitate, sapiens de sapientia; aut de abstractis subordinatorum, vt Deitas est Spiritus, viuens, substantia, ens; secus quando praedicantur concreta de abstractis rationum, formalium disparatarum; vt sapientia est iusta, misericors, omnipotens. Ac prima pars ex eo etiam probatur; quod in Concilio Rhemensi cit. can. 1. definitum est, in nullo sensu Catholicico propriè negari huiusmodi propositionem, Deitas est Deus: posset autem negari, si solum esset vera sensu identico, non formaliter.

Respondeo, negando minorem huius syllogismi: non solum, quia negatio absolute posita malignantis natura est; & ita retentis iisdem terminis, omni vero sensu negat prædicatum de subiecto; cum tamen ad veritatem propositionis sufficere identitatem, significet quoq; S. Thomas 1. p. q. 39. a. 5. ad 4. & 5. sed etiam, quia in diuinis est peculiaris ratio, cur perfectiones absolute, sine addita expressa limitatione, negandæ non sint de natura diuina, sive in concreto, sive in abstracto, quandoquidem hac non solum identicæ, sed à parte rei etiam essentialiter includit, omnes perfectiones absolutas, vt dictum supra dub. 5. His vetò propositiones, Deitas est spiritus, viuens, substantia, ens, iam antea concessimus esse veras, etiam sensu formaliter, sed ob alias causam.

Affertio VII. In terminis diuinis, tum attributorum, cum aliarium perfectionum absolutarum, recte, ac vere praedicantur etiam abstracta de abstractis, v.g. Deitas est sapientia, bonitas, &c. Bonitas est Deitas, sapientia, &c. Ita S. Thomas opusc. 9. quæst. 1. Bonaventura in 1. d. 3. q. 3. Grabriel d. 4. q. 1. a. 1. Heruæus quodlib. 1. q. 2. Capreolus d. 8. q. 4. omnesque recentiores. Eadem est doctrina SS. Patrum, quos citauimus dub. 2. & 5. Ratio sumitur ex dictis ibidem, & dub. 6. quia non solum identicæ planè idem sunt, sed etiam, quia obiectuè, & à parte rei unum est de essentia alterius. Idem etiam in terminis relativis, quando cum absolute iunguntur, verum esse, contra Scotorum suo loco dicetur.

Affertio VIII. Haec prædications, iuxta nostrum concipiendi modum, non sunt vere in sensu formaliter, sed solum identico. Ita Henricus in sum. art. 75. q. 2. Caietanus hic q. 14. art. 5. Vasquez, & alij citati dub. 5. pro tertia sententia, & dub. 6. assert. 3. & 4. Ratio sumitur ex dictis ibidem; quia attributa diuina, iuxta nostrum concipiendi modum, nec includunt se mutuo, nec essentiam, neq; etiam includuntur ab essentia; etiâsi à parte rei haec omnia sint una simplicissima essentia Dei, Deusq; ipse, vt ibidem dictum.

Qua de causa etiam Caietanus loc. cit. dixit, hanc propositionem, esse Dei est intelligere Dei, esse formalem secundum se, non vero quod nos: quamquam Gillius lib. 2. Tract. 6. cap. 6. num. 12. putat, has esse formales, Diuinitas est sapientia, iustitia, misericordia, &c. non autem, sapientia est iustitia, iustitia est misericordia; eo quod omnes perfectiones includantur in essentia; non autem in unoquoque attributo: sed vide qua diximus dub. 5. & 6.

8 Assertio IX. Propositiones reduplicatiæ, etiam in terminis diuinis, sunt falsæ, nisi terminus, cui apponitur reduplicatio, secundum nostrum concipiendum modum, contineat aliquo modo rationem, ob quam, aut secundum quam prædicatum conveniat subiecto: quod fit, ut sècè propositiones reduplicatiæ sint falsæ, etiam si absolutæ, sive simplices sint veræ. In hoc generatim conuenient omnes; & patet ex regulis Dialecticorum: tametsi in particulari sit disensio; èo quod non semper satis inter omnes constet, quandam reduplicetur ratio, secundum quam prædicatum subiecto conueniat. Inde vero colligitur, haec reduplicaciones esse veras, Deus quatenus sapiens intelligit, & gubernat mundum. Deus quatenus Deus, est viuens, iustus, sapiens, intelligens, misericors, potens, vel omnipotens, infinitus, &c. ut rectè etiam Heraclæus Quodlibet. 1. quæst. 2. Torres 1. p. quæst. 28. a. 2. disp. 2. dub. 5.

Item Deitas, qua Deitas, est natura infinita, immensa, omnipotens: Sapientia diuina, est infinita, substantialis, per se existens, &c. Item Deus, qua volens (hoc est, secundum voluntatem) est iustus, misericors, &c. Item Deus, quatenus pater, generat Christus secundum quod homo est creatura, aut incipit esse, iuxta S. Thomam 3. p. q. 16. a. 10. de quibus suo loco agendum.

9 E contrario autem haec propositiones sunt false: Deus quatenus Deus est homo; Deus quatenus sapiens, miseretur, amat, est immensus, omnipotens, iustus: Deus quatenus est immensus, aut quatenus vult, intelligit; quatenus intelligit, vult; quatenus iustus, est misericors, aut miseretur. Item intellectus diuinus, qua diuinus, vult, est iustus, misericors, omnipotens. Voluntas diuina, qua diuina, intelligit, est sapiens, &c. ut colligitur ex Egidio in 1. dist. 5. 1. p. q. 2. a. 1. & dist. 6. quæst. 1. Heraclæo, & alijs.

Ista vero reduplicatiæ veræ quidem sunt, sed in sensu solum identico. Bonitas, aut misericordia diuina; qua diuina, est iustitia, omnipotencia, &c. intellectus diuinus, qua diuinus, est voluntas, & è conuerso, &c. Deus quæ Deus est iustitia, iustitia diuina, qua diuina, est Deus; intellectus diuinus, qua diuinus est essentia diuina, ex dictis supra assert. 4. & 6. Eodem sensu secundum aliquos Thomistas apud

Torrem 1. p. q. 28. a. 2. disp. 2. dub. vlt. admitti protestista: Intelligere Dei, in quantum intelligere Dei, est velle eiusdem; & è conuerso, &c.

10 Assertio X. Idem obseruandum in quibusdam propositionibus, qua habent vim reduplicatiæ. Falsæ enim sunt haec propositiones, Deus intellectu vult, voluntate intelligit, misericordia punit, iustitia miseretur: Deus est magnitudine sive sapientia Deus; est bonitate sapiens; æternitate iustus, iustitia misericors, &c. ut haber communior Doctorum sententias, apud Henricum Gandavensem, in sum. art. 75. q. 2. Gabrielem in 1. d. 2. q. 1. a. 3. dub. 4. Egidium in 1. d. 6. q. 1. Torrem cit. disp. 2. dub. vltim. Suarez lib. 1. de Deo cap. 14. Valsquez 1. p. d. 119. cap. 2. & alios. Et si contrarium, dixerint Petrus de Alliazo in 1. q. 6. art. 2. Ariminensis d. 8. q. 1. art. 2. & dubitauerit Richardus Victorinus lib. 2. de Trinit. cap. 22. secus est, quando ablatiuus est terminus quasi transcendens neutralis: quia iuxta Augustinum quasi iunct. de Trinit. *Dens eispo, quo est, vivit, intelligit, & eo quo intelligit, protest, & eo quo potest, est;* ut rectè etiam Gillius lib. 2. tract. 7. cap. 15. num. 3.

Similis cum prioribus est, ratio harum propositionum: Essentia diuina generat, diuina voluntas intelligit; intellectus diuinus vult; iustitia miseretur; misericordia punit: quia tametsi alioquin subiectum accipiat materialiter, tamen quando prædicarum continet actum vitale, scueriam aliam, actionem, accipitur formaliter, adeò ut propositiones, in quibus prædicata significant actiones, semper sint accipiente in sensu formalis; secus quando significant aliam formam: ut cum Caietano 1. p. q. 32. a. 2. Torre ibidem p. 4. notauit Valsquez 1. p. tom. 2. disput. 136. cap. 3. & Suarez cit. cap. 14. num. 10.

Assertio XI. A præmissa vera solum in sensu identico, ad conclusionem in sensu formalis, non valet argumentatio. Ita communis apud Suarez cit. cap. 14. num. 10. Valsq. disp. 119. num. 4. & alios. Et patet ex regulis Dialecticorum: quia variatur appellatio. Vnde non est bona illatio. Iustitia diuina est misericordia; sed misericordia miseretur; Ergo iustitia miseretur: Aut, iustitia diuina est misericordia; iustitia diuina punit; Ergo misericordia punit. Intellectus diuinus intelligit, intellectus diuinus est voluntas: Ergo voluntas intelligit. Item velle Dei est eius esse; sed Deus in quantum vult operatur; Ergo in quantum est, operatur. Plura exempla retulimus assert. 4. & 6. Atque haec de attributis diuinis in genere; ex quibus non pauca, etiam deferire posunt, tum pro materia de Santissima Trinitate; tum ad rationem diuinorum non minum cognoscendam, de quibus quæst. 7. pluribus agendum.

QVÆ-

